Quæ ſapore percipiuntur:uoluptates guſtatus ſignificantur:qui ſenſus auctore Ariſtotele certiſſimus eſt ĩ homine.Plinius exiſtimas omnibus ſenſum guſtus eſſe.cur enim alios alia ſapores appetunt multi ſunt abdomini nati:qui ſe ob hoc ſolum uiuere dicunt:ut edant & bibant percipiantq; ex ſaporibus multiugis uoluptates.Siquidem ſaporum genera tredecim reperiuntur dulcis ſuauis pinguis:amarus:auſterus:acer acutus:acerbus:acidus:ſalſus:tres alii ſapores uarietate mixturæ.Annotandum tria eſſe naturæ rerũ elemẽta ignem: aerem:aquam:ſine ſapore ſine odore:ſine ſucco. Exformis:uiſum intelligit oculorũ:ut inqt plato eſt in nobis ſenſus acerrimus:quo tamen ab aquila ſuperamur:cuius acies acutior eſt. Detrahe homini oculos omnẽ cupiditatem detraxeris. uitiis enim noſtris in animum per oculos uia eſt ut inqt Quintilianus in pariete palmato.Idem in ceco in limine.oculi tota noſtra luxuria.hi nos in omnia quotidie uitia ꝑcipiãt:mirantur adamant concupiſcunt. Quolibet e ſenſu:uoluptatem hanc eſſe ſentiũt omnes quã ſenſus accipiens mouetur & iucunditate quadam perfunditur.Maximas enim uoluptates eſſe circa corpus exiſtimant ut inquit Plato in libro de ſummo bono. Naturalis potiens.lego natura his potiens. ut ſit ſenſus naturã hominis potiẽtem fruentemq; his bonis ſenſualibus nõ dolere. Quam uoluptatem uidelicet guſtus & tactus reliquorumq; corporalium ſenſuum.M. Tullius in ſecundo de finibus teſtificatur inqt epicurus ne intelligere quidem poſſe:ubi ſit ullum bonum præter illud quod cibo & potione & aurium delectatione:& obſcœna uoluptate capiatur. Si illa detraxiſſent: uoluptates ſcilicet corporales ſenſualeſq.

Voces inanes fundere:taxat epicurus auſteros illos ſeueroſq; philoſophos.q uocibus iactantes honeſtũ eſſe ſummũ bonũ:& uoluptatẽ criminãtes tanq̃ ſummũ malum:aliter deinde uiuunt:ac loquãtur: tales uerba funditant iania & caſſa:plenaq; gloriatiõis & cenodoxiæ:a quibus res ipſa diſſidet diſſentitq;. Virtutes ebullire.q per uoces bullãtes & uerba ſeſquipedalia & ſnias: tumentes grandi boatu exporrecto bella bello loquuntur.de uirtute:hi decẽter dicunt uirtutes ebullire ſicut aqua in aheno calefacta ebulliẽs nõ ſeipſa capit:ſed itumeſcit:quod hac tẽpeſtate fieri:per ſepe uideas a pluſculis eccleſiaſticis concionatoribus:qui in tẽplis ꝓ ſuggeſtu i maxima populi corõa: uirtutes ꝓdicant:uirtutũ ꝓcões ſunt:uirtutes ſonoro boatu iſonãt adeo ut i ore eoꝝ & libris nihil aliud q̃ uirtus audiat quos ſi itrinſecus itroſpicere liceret had dubie uideres uitiis enormibus refertiſſimos:ita fit ut hõ ira cundiſſimus ꝓcipiat nõ eẽ iraſcẽdũ: ut uitioſiſſimus prædicet uirtutes eẽ ſuſcipiendas: quas ipſe ore exornat mẽte deculcat. lĩgua oſtẽtat.animo iceſtat.foris triſtis itus diſſolutus. Ad hancine igit uitam:conuerſio fit ad epicuꝝ:in cuius uita uoluptaria nullã eẽ medelã demõſtrat:nullum fomentũ ad leuandas animi egritudies qualibus telamõ pulſus ex patria afficiebat. Accipenſerem ludit epicuꝝ: tanq̃ ex eius doctrina potior fit piſcis ad ſanandã triſtitiã:q̃ libellus philoſophicus. Eſt aũt accipenſer piſciũ nobiliſſimus habitus apud ãtiquos.unus oĩum ſq̃mis ad os uerſis cõtra aquã nãdo meat. De quo Plinius.Macrobius: ſãmõicus ſerenus martialis oratius cæteri de quo & nos ſcripſimus in appẽdice tranqlli cõmentariorũ explicantes corrigẽteſq; illud lucilianũ. accipenſe cũ decumão.αὐλοῦ hortabere ſẽſus eſt ad mitigandũ dolorẽ nõ tam adhibẽdũ eſſe ſonũ tibialẽ & cantũ ut placet epicuro q̃ platonicas cõſolationes αὐλοῦ genitiuus ẽ pluralis & ſignificat tibiaꝝ.græco.n.ſermone αὐλὶ dicit tibia.idẽ uoces aulon.i.tibiaꝝ dictæ.monaulon appellant dictione græca unicã tantũ tibiam qua quidam tibicinio nobiles utuntur.monaulon iuenit Mercurius. Geminas tibias marſias:canere cũ tibia dardanus inſtituit:de monaulo Martialis.ſepe duas pariter ſepe monaulon habet.Plinius in.xvi.tibialem calamum appellat auleticon hoc eſt tibiis conficiendis idoneũ. Faſciculũ:olfactoriola itelligit de qbus in eſaia in die illa aufert dominus diſcriminalia piſcelidas & murenulas & olfactoriola:& inaures.ſunt aũt diſcriminalia:ut in trãſcurſu uerba ſacri antiſtitis explicemus:acus & inſtrumenta feminea ad diſcrimen capitis cõcinandũ:qbuſq; diſcernit capillus quod diſcerniculũ alio noie appellant.piſcelides ornamenta pedum circa crura: ut docet porphirio enarrans illud oratianũ.Sepe periſcelidem raptam ſibi flentis περὶ græce circũ.τὸσκελὸσ crus. quidam periſcelidas accipiũt pro feminalibus.Inſcitiſſime expoſuit cõmentator inſtrumenti ueteris periſcelidas ꝓ ornamentis brachioꝝ ſiue manuũ.ſicut murenulas ꝓ libo & fimbria perperã iterprætat:ſunt.n.murenulæ ornamenta colli flexoſa inſtat murenaꝝ & catellæ ex auro:qbus matronæ cõdecorant. ſicut planiſſime docet diuus Hieronymus in epiſtola ad marcellã his uerbis.Augꝝ colli ſui:quod murenulam uulgus uocat:quod.ſ. metallo in uirgulas lenteſcente quædam ordinis flexuoſi catena contexit.abſq; parẽtibus uendidit. Inaures:ut hoc quoq; uelut auctarium adiiciamus.ſunt aurium ornamenta:ſed ut iam domũ repedemus:ſcribit Tullius in uerrinis.C.uerrem ſolitũ ſibi apponere ad nares reticulũ tenuiſſimo lino miutis maculis plenũ roſæ. De libro:quẽ compoſuit epicurus de ſũmo bono. Pol mihi:uerſus Ennii poetæ.quo idẽ telamõ in exiliũ pulſus:lamẽtat nihil ſibi exulãti ꝓdeſſe generis nobilitatẽ claritudinẽq; nataliũ:utpote q nepos iouis filius eaci ex egĩa ſit:doletq; fortunam illam priſtinam deeſſe cuius ĩdulgentia fortunato ſibi regnũ ſuppetebat cũctaq; bona affatĩ affluebãt.Ex regno aũt in exiliũ trudi graue eſt. Calix mulſi ĩpingendus exulãti homini & ex regno ĩ calamitatẽ coruenti non potio ſuauis ꝓ fomẽto mediciaq; eſt porrigenda:ſed philoſophicæ cõſolatiões ſubiiciẽdæ ad egritudinẽ leniẽdã:mulſum ẽ potõ ꝓcioſa ex uino melleq; cõfecta:cuius mẽtio ẽ apd ſcriptores oẽs:ſcribit Pli.l.xxii.mulſum ex uetere uino utiliſſimum fieri:quod facillime cũ melle cõcorporat.corpora auget:multi ſenectam longam mulſu nutricatu tollerauere:celebri pollionis romulli exẽplo:quẽ centeſimũ annũ excedentem cum diuus Aug.hoſpes iterrogaret:qua nam rõne maxime uigorem illum animi corpori ſq; cuſtodiſſet.ille reſpondit.intus mulſo foris oleo.Melitetes quoq; ex uino & melle conficit diſtãs a mulſo.ſit.n.ex muſto & cõgio mellis & cyatho ſalis ſufferue factis:græci mulſũ uocãt.

Virtutes ebullire.

Virtutũ buccinatores intus uitioſi

Contra hippocritas

Accipẽſer piſcis

Aulon tibia

Monaulon

Auleticus calamus tibialis

Olfactoriola.

Diſcriminalia

Diſcerniculũ

Periſcelides.

Murenulæ

Inaures

Mulſũ

Exẽplũ

Polliõis romnli

Melitetes

uoces inanis fundere.nihil ab his potui cognoſcere:qui ſi uirtutes ebulire uolent & ſapientias:nihil aliud dicẽt:niſi eẽ uiã qua efficiant hæ uoluptates q̃s ſupra dixi.q̃ ſequũtur in eadẽ ſententia ſunt. Totuſq; liber:qui eſt de ſummo bono refertus & ſentẽtiis & uerbis talibus eſt. Ad hãccine igit uitã Telamonem illũ reuocabis ut leues ægritudinem. & ſi quem tuorũ afflictũ mœrore uideris: huic accipenſerem potius quã aliquem ſocraticum libellum dabis? aulon hortabere:ut audiat uoces potius quæ Platonis. Expones quæ ſpectet florida & uaria: Faſciculum ad naris admouebis. Incendes odores: & ſertis redimiri iubebis & roſa. ſi uero etiam aliquid admoueris tam plãe luctũ omnem abſterſeris. hæc Epicuro confitenda ſunt:aut ea quæ modo expreſſa ad uerbum dixi tollenda de libro.uel totus liber potius abiiciendus: Eſt enim confertus uoluptatibus:querendum igitur quemadmodum ægritudine priuemus eũ qui ita dicat. Pol mihi fortuna magis nunc deſit q̃ genus. Namq; regnum ſuppetebat mihi:ut ſcias quãto e loco.quantis opibus quibus de rebus lapſa fortũa occidat.quid huic calix mul-

οἰνόμελι & μελίκρατον. Vlpiãus iurisc̃ōsultus titulo de uino & tritico legato: uinī appellatiõe autumat mulsum nõ cõtineri: oinomeli cõtieri. Interp̃taturq; oinomeli uinũ eẽ dulcissimũ: quod si proba ẽ ulpiani sñia: mulsum nõ erit idẽ qđ oinomeli; ꝓmulsidaria dicunt' uasa: qbus mulsũ' continet': scribit põponius iurisc̃ōsultus. legatis uasis scutellas & ꝓmulsidaria. cõtineri. M. Tullius epistola q̃dã ad papiriũ petũ sic refert: habuisses nõ hospitẽ sed cõtubernalẽ. at' quẽ uiꝝ. non eũ: quẽ tu es solitus ꝓmulside cõficere: ubi ꝓmulsis accipitur pro pulmẽtario siue potione ex mulso cõdita: unde ꝓmulsidaria uasa deduci autumo: notandũ usurpari mulsum ꝓ adiectiuo: ut apd' Plinium lac mulsum. acetũ mulsum: aqua mulsa q̃ mel le cõcinata significant' apud Plautũ ex amãtis & blãdientis affectu dicitur mea mulsa græco sermone. ὐλίξ nominat' unde deriuatus calix pro poculo. Impingẽdus: dixit quasi illidẽdus & nolenti igerẽdus: ĩpigi. n. significat uim quappiã: ut apd Hieronymũ. Impegi nouissime in danielẽ & apud Virg. exaiata sequẽs ĩpingeret agmia muris. Ab eodẽ poeta. s. ennio. Ex opibus sũmis: uerba ennii poetæ ex tragedia: q̃ iducit' andromacha uxor hectoris post necẽ mariti. post obitũ priami. post excidium troiæ captiua: a græcis abducta ita lamẽtari erumnas suas apud Senecã ĩ troade ĩducit' q̃ribunda Grãmatici allegãt Enniũ ĩ andromacha: apd homerꝝ ultia iliados' rhapsodia hectorẽ defũctũ andromacha & hecuba penetrabili q̃rimonia lamẽtãtes cõplorãt: ergo andromacha ex regiis opibus deuoluta & in seruitutem trãsducta hisce uerbis apud poetã Enniũ deflet suas erũnas: Opis egens: idiga auxilii: ops antiq dicebãt quẽ nũc opulentũ ut testimonio est contrariũ inops. ops terra dicta apud antiquos: q̃ hic oẽ opus. & iõ dī ops mater: q̃ terra mater opis deæ dies festus opalia dicta: quæ erant post saturnalia. Itẽ opecõsiua dies dicta ab dea opecõsiua cuius in regia sacrariũ: prisci iouẽ coluerũt' cognomẽto opitulũ: qđ opẽ idigentibus ferret. Annotãt grãmatici opẽ singulariter auxiliũ opes pluraliter diuitias significare: sed & opẽ ueteres dixerũt, ꝓ opulẽtia. Quid petam presidii: exaiata ac uecors p̃sta agere ĩfortunioꝝ andromacha: nescit unde p̃sidium petat: a quo exilii suppetias ĩploret. Ennius fecit fabulam titulo & argumẽto andromachã emulatus euripidem: cuius hic ẽ uersus. Andromachæ nomẽ q̃ ididit recte ei ididit: quo uersu ĩsinuat andromachã significare uiraginẽ & uiris depugnantẽ: quasi andromachetẽ: fuit. n. uirili aĩo septa: & quædam ueluti uirago: quod & homeri testimonio satis liquet. Hectorĩ tuo. s. marito. Freta: confisa. Vrbe orba sum: prosonomasia ẽ siue annomiatio: quæ fit similitudie aliqua uocũ: & uicinitate quadã uerboꝝ: ut qs locus aut lucus: ut ex oratore orator: ut diligere oportet quẽ uelis diligere: de qua Quĩtilianus Cicero & cæteri. Quo accedã: cõsimile est illud grachanum: quo me miser cõferã. quo uertam. Fana tẽpla uel a fauno: uel ꝓ fando cõsecrant'. Tosti: cremati. Abiete crispa. Intelligit lacunaria siue laquearia ex abiegnis trabibus texta fuisse deformata flammis & exusta: materies. n. ut iq̃t Plin. ĩ. xvi. abieti pulcherria ẽ in trabibus. p̃cipua ãt dos ẽ crispãtibus: & ĩ torto quo dã discursu uenaꝝ p̃ciosis: põdus sustinere in edificiis ualida ẽ. Abies: ẽt ĩ trãsuersũ posita: renititurq; põderi: nec temere rũpit': priusq̃ carie q̃ uiribus defficit abies arboꝝ altissima rectissimaq; ẽ: cuius ps ĩferior enodis ẽ. & sapinus uocat': supior nodosa duriorq; ẽ: fusternã uocãt: qñ p̃cipit cato p̃liũ ex sapĩo faciẽdũ itelligi uult ex abiete enodi q̃ ps a terra ẽ ab abiete abietarius deriuat'. O pater: priamũ dicit' qđ uerbũ cõuenit psonæ andromachæ. O patria: hĩc uī Virg. illud trãstulisse. o patria o diuũ domus iliũ & Silius. o patria o fidei domus iclyta. Ope barbarica opulẽtia siue opulẽtitate luxuriosa: nã & opulẽtitas dī ꝓ opulẽtia. alludit aũt ad græcorum ꝓuerbiũ qđ ẽ. ἐπὶ μορῒτῳ βαρβάρου. i. fertilitas & opulẽtia barbaroꝝ. Tectis celatis sculptis & celatura uariegatis. Dicit ãt dolẽter se uidisse domũ regiã adstãtẽ: auro celaturã laq̃aribus supbã & spectabilẽ. Homerꝰ tradit & repetit Pli. menelai regiã auro argento electro ebore fulgere. Cãtoribus euphorionis Euphorion poeta fuit chalcidensis quẽ transtulit Gallus q̃ ob id sic loquit' apud Virg. i bucolico ludicro. Ibo & chalcidico q̃ sunt mihi cõdita uersu. Carmina pastoris siculi meditabor auena. Quintil. i. x. quid euphorionem frustra transibimus quẽ nisi ꝓbasset Virg. nunq̃ certe cõditorũ chalcidico uersu carminũ fecisset ĩ bucolicis mẽtionem. hẽbat ãt hic euphorion quosdã ita deditos sibi amatores ut eũ p̃ferrẽt ennio & reliquis poetis eiusq; poemata studiose cãtarent posthabitis alioꝝ poematibus. Cãtores hoc in loco significari puto scenicos fabularꝝ actores ut apud Oratiũ Si plausoris eges aulea manẽtis & usq;. Sessuri donec cãtor uos plaudite dicat. Chorus ĩ fabula cõstat ex uocibus pluriũ cãtoꝝ. Exaggeratis regĩs opibus' pluribus uerbis, apud enniũ sigillati recẽsebãt' gazæ & opes regis priãi & ita facta exaggeratiõe opulẽtiaꝝ regiaꝝ flebiliter lamẽtabat' andromacha cũcta repẽte ac p̃ter expectationẽ fuisse direpta iflãmata & ad extremã item

Melicraton
Oinomeli
ꝓmulsidaria
ꝓmulsis
Lac
mulsũ
Acetũ
mulsũ
Calix
Impingere
Andromacha
Ennii
Ops
Ops mater
Opalia
Opecõsiua
Opitulus
Iuppiter
Andromacha unde
Fana
Abies ĩ edificiis ualida
Sapiñ°
Fusterna
Abietarius
Opulẽtias
Fertilitas barbaroꝝ
Regia mene lai electro & ebore fulgens
Euphorion.
Cãtores scenici

si impingendus est: ut plorare desinat. aut' aliquid eiusmodi: ecce tibi ex altera' parte ab eodem poeta: ex opibus summis opis egens Hectori tuo huic sub uenire debemus: q̃rit. n. auxiliũ. qđ petã p̃sidii: aut exequar: quo mõuenũc auxiliũ exilii: aut fuga freta' sim: Arce & urbe orba sum: quo accedã: quo applicem: cui nec aræ patriæ domi stãt fractæ & disiectæ iacent. Fana flãma deflagrata. Tosti alii stant parietes deformati: atq; abiete crispa. scis q̃ sequantur & illud in primis. O pater o pria o priami domus septum altisono cardine templũ uidi ego te adstantem ope barbarica: tectis celatis laqueatis auro ebore ĩstructam regi sedem. O poetam ægregium. quã quã ab his cãtoribus euphorionis cõtemnitur. sentit oĩa repentina & inopinata esse grauiora. Exaggeratis igitur regi opibus quæ uidebantur sempiterne fore. q̃d adiungitur: Hæc omnia uidi inflãmari:

Vitã cui tari. letata corpora Cedrus utebat' i delitiis

nectionẽ redacta ex quo fiebat dolor atrocior cũ iopinata mala ac repẽtina sint grauiora durioraq; toleratu

Priamo ui uitã euitari in prima tusculana hoc idẽ carmẽ recitatũ est uno tantũ imutato uerbo. illic. n. uitã eripi ꝓ euitari legit'. ut itelligas idem esse uitã euitari qđ uitã eripi & est uetus uerbũ planeq; poeticũ euitare pro uitã eripere & uita spoliare: sicut letare dī hoc est leto mulctare. letata corpora apud Ouidiũ pro iterempta. & morte mulctata. Eripianus huic andromachæ quæ tam flebiliter tanq; dolẽter ifortunia priæ sue deplorauit apud tragicũ poetã. Psaltriam. canttricẽ. musicus. n. cantus & modulatio lenit perturbationes. & leuat egritudines. Edricũ icendamus cor rigo cedrũ. In delitiis. n. utebat' cedrus inter odores. iuxta illd maronianũ. urit odoratã nocturna i lumia cedrũ. similiter apud homerũ. calipso urit cedrũ sciſſilẽ odoris cã sic enĩ ait in qnto odysseæ τὸ δ' ἐν δαΐδας κέε κηδόμενον περ ἐόντα θεσπεσίην τε κνῆσον ὀδμὴν κεδρου τε θύοντα διαπρήσσοιτο δὲ νύξ ὀλοή. i. ꝓcul odor cedri & citri ardẽtiũ ꝓ insulã redolebat plini. i. xiii. memit sniæ homericæ thiam exponẽs ꝓ citro casti gansq; eoꝝ errorẽ q cedri citriq; uocabulo odoramẽta accipiũt. oxycedros uocat' quæ acutũ & spinosum habet foliũ altera cedrus odore ꝑstat. maiorẽ cedrũ uocãt cedrealem materiæ cedri eternitas est. iõq; simulachra deoꝝ ex ea antiq factitauerunt. cedrinus fuit romæ in delubro appollo sosianus. Tu enĩ ad epicurũ hæc dicuntur Libidinosas snias. sentẽtiæ philosophi libidinose dicuntur. qbus uoluptate gustus & cõplexus summũ bonũ metit'. qđ iterdũ facit epicurus interdũ uirtutẽ extollit & sine uirtute beate ui ui nõ posse profitet'. Nõ uerbo solum uoluptatẽ epicurei ꝓpugnatoresq; epicuri dicũt nõ itelligere nos de qua uoluptate loq̃tur epicurus i q̃ sũmum bonũ põit nũc Cicero ne tergiuersari possint refert uerba epicuri planiloqua atq; perspicua q̃ planissime demõstrant hoiem loq de uoluptate corporea & sensuali sicut aũt pauloante demõstratũ est. Cupio refelli redargui refutari conuinci: nã refellere ut supra docuimus est redarguere falsitatẽ: refellit qui negat. Non crescero uoluptatẽ: sicut stoici dicunt uirtuti non eẽ locũ icrementi. ita dicebat epicurus uoluptatẽ crescere nõ posse. ubi detract° eẽt dolor: Cõtra Plato ait uoluptatẽ maiorẽ expetibiliorẽq; fieri addita alia uoluptate. Et ex hoc colligit uoluptatẽ summũ bonũ esse nõ posse cũ id summũ sit bonũ: cui nihil addi possit hoc idẽ tradit Aristoteles i. x. ethicorũ. Tria magna peccata. cõsimiliter in libris de finibus bonoꝝ disputãs cũ torquato epicureo multa reprehẽdit ex dogmate doctrinaq; epicuri. quẽ architectũ beatæ uitæ nominitãt. Nisi sensus: q̃si titillarẽtur. pugnat secũ epicurus sibiq; cõtraria dicit: quo nihil turpius: mõ ait summũ bonũ eẽ i uoluptate: q̃ ꝓcipit' ex gustu. tactu. auditu. uisu. olfactu. q sensus qnq; sunt notissimi. & uoluptates eoꝝ cognitissimæ. mõ dicit summũ bonũ eẽ idolentiã: pugnãt haud dubie hæc iter se. cũ alid sit frui uoluptatibus sensualibus: aliud nõ dolere. titillari ãt dicũt' sensus: qñ mouent'. Gestiũt pruriũt uoluptatis dulcedine trãslatũ uerbũ a titillatu alarũ: ubi dulcedo scribẽdi scribit Pli. i. xi. i eadẽ ꝓcpua hilaritatis sedes qđ titilatu maxie itelligit' alaꝝ. Ex hac trasłatiõe dixit oratius i sermõibus, ꝓterea ne nos titilet gloria iureiurãdo obstrigã. M. Tul. i prio de fini. i hãc snĩam: Nã si ea sola uoluptas eẽt: q̃ q̃si titillaret sensus: ut ita dicã: & ad eos cũ suauitate affluerent. Primũ & tertiũ putat: tãq; nihil iterfit iter gaudere & nõ dolere: q̃ uel sensus comunis ostẽdit eẽ dissimilia. Cũ ꝓprie is gaudere dicat': q i uoluptatibus: ut edẽdi & coeũdi. nõ dolere uero is dicatur qui anxietate non afficitur circa uoluptatis sanitatem. sunt enim quædam immediata. ut leuitas grauitas. quædã mediata: ut calidum frigidum inter quæ est tepidum. Sic aliquis beatus est. aliquis miser. aliquis nec bea-

Priamo uitam euitari. Iouis aram sanguine turpari. Præclarum carmen. est enim & rebus & uerbis: & modis lugubre eripiãus huic ægritudinẽ. quo modo collocemus iculcitra plumea' psaltariã abducamus cedrum incendamus: demus scutelã dulciculæ potionis: aliquid prouideamus & cibi. Hæc tandem bona sunt: quibus ægritudines grauissime detrahantur' tu. n. paulo ante ne intelligere te quidem alia bona dicebas. reuocari igitur oportere eũ merorem ad cogitatiõem bonorũ: cõueniret mihi cũ Epicuro: si qd esset bonũ cõueniret. dicet aliquis qd ergo tu Epicurum existimabas ista uoluisse aut libidinosas eius fuisse sentẽtias: ego uero minime: uideo enim ab eo dici multa seuere. multa præclar'. Itaq; ut sepe dixi: de acumine eius agitur nõ de moribus q̃is spnat uoluptates eas quas mõ laudauit Ego tamen meminero: quod uideatur ei summum bonũ. Nõ enim uerbo solũ posuit uoluptatẽ sed explicauit qđ diceret: saporem inquit & corporũ cõplexum: & ludos atq; cantus: & formas eas quibus oculi iocũde moueant': num fingo: num mentior: cupio refelli. Quid enim laboro: nisi ut ueritas in omni q̃stione explicetur. Atidẽ ait nõ crescere uoluptatem dolore detracto: summãq; uoluptatem nihil dolere. Paucis uerbis tria magna pecata. Vnum quod secũ ipse pugnat. Modo. n. ne suspicari qdem se quicquam bonum nisi sensus quasi titillarentur uoluptate. Nunc autem summã uoluptatem dolore carere. Potest ne magis secũ ipse pugnare: Alterũ est uitiũ qđ cũ in natura tria sint: unum gaudere: alterum dolere tertiũ nec gaudere nec dolere: Hic putat primum & tertium idem esse: nec distinguit a nõ dolendo uoluptatem. Tertium peccatum com

Refellere

Volup tas maior addita uoluptate.

Archite ctus beatæ uitæ nominitãt.

Pugnat secũ epicurus

Gaudere

Nõ dolere

Immediata

Mediata

tus nec miſer ſic aliquis gaudet aliquis dolet aliquis nec gaudet nec dolet.& ita ē qddam medium iter uoluptatem & dolorē:quod nō placet epicuro. A uirtute ſuperauit:quando Epicurus ponit ſummū bonū in uoluptate ſapoꝝ & tactus haud dubie ſeiungit ſūmū bonū a uirtute: ſine q̄ nulli ueri philoſophi ſūmū bonum metiunt. Nihil aūt tā cōtrariū uirtuti ē q̄ uoluptas: ex quo uerſus ille ſilii ſcitu dignus . hic uirtus illic uirtuti inimica uoluptas. Laudat ſepe uirtutē reꝑhenditur epicurus:quod ſecū pugnat:nec ſeruat conſtantiam q̄ in omni uita cuſtodiēda é. Clamat.n.iterdū nō poſſe iucunde uiui niſi ſapiēter: uirtutē a uoluptate diuelli nō poſſe. Raro fortuita interuenire ſapienti dicunt hæc qdem p̄clare:ſed iconſtanter nutat natatq̄ nec ꝓpoſiti ptinax eſt cū ad uoluptates ſubinde uelabat ita more uolatici gubernatoris clauū i horas mutat: uertunis:ut inqt ille:iniqs natus. Cū grachus largitiōes maxias feciſſet:tyberi⁹ & Caius grachi fres genere eloquētia facile p̄rici pes:leges agrarias:frumētariaſq̄ tulerūt de agris uiritim diuidēdis ac fruīto:q̄ cū eēnt maxime populares populū ſibi cōciliarūt. tiberius auctore ſcipione naſica i capitolio a primatibus occiſus ē:ictus fragmētis ſubſellioꝝ i ſepultus & i tyberim ꝓiectus:mox Caius gracchus eloquentior q̄ frater ꝓnitioſas aliquot leges tulit. Inter q̄s frumētariā:ut ſe miſſe & triente frumētū plebi daret. Alteram legē agrariā:quā tyberius frater ꝓmulgauerat itē recētem attali pgamenoꝝ regis hereditatē diuidi iuſſit. Po. Romano. Itaq̄ cū ſeditioſo tribunatu diſſipaſſet publicum p̄imoniū:tādē a lucio opimio cōſule oppſſus eſt i auētino:quē armata multitudie occupauerat:& illd ſacroſanctū caput trib. plebis pcuſſori ſeptumuelio auro reꝑnſum eſt q̄ id exciſum ad luciū opimiū detulit. Anno tauerūt ſcriptores ſeptumuleiū plūbo in os Caii gracchi addito ut pōderoſius eēt patricidio ſuo rēpu. circūſcripſiſſe. Piſo ille frugi de hoc piſone:q̄ ob uirtutē modeſtiamq̄ cognominatus ē frugi:mētio ſupiu s facta eſt

Legē frumentariā quā tulerat gracchus de frumēto plebi dando:de teſſeris frumētariis apud Suetoniū:in ſecūdo cōmentario fuſius enodatiuſq̄ pſcriptū ē. Quid ſibi conſtet:gracchus palā reprēdit piſonē tanq̄ parum ſibi cōſtātem:qd uenerit in cōtionē peꝛ

Beatus miſer Inter medius Sūmū bonum nō ſine uirtute.

Clauū i horas mutat epicurus

Duo gracchi fratres

Lex frumētaria gracchi

Mors gracchi

Plūbū i os gracchi infuſum

citurus frumentū:qd uiritim diuidebatur ſecūdum legē ipſius gracchi:quā piſo ꝓbauerat: diſſuaſeratq̄.

Lege ſempronia:legē gracchanā intelligit:quoniā gracchi ſempronii dicebant apud hiſtoricos leges ſemproniæ claræ ſunt:q̄s hic ſempronius gracchus tulerat:ne de capite ciuiū romanoꝝ iniuſſu populi iudicaret:hīc illa cicerōis exclamatio i uerrinis:o lex portia legeſq̄ ſemproniæ. De hac ſempronia lege frumētaria meminit. M. Tullius in.ii. officioꝝ his uerbis. Caii gracchi frumentaria magna largitio fuit: exhauriebat igit ærariū. Patrimoniū publicū ærarium intelligit & publica uectigalia. Negat epicurus: ſicut gracchus i orōnibus uidet patronus ærarii:cū re ipſa eēt diſſipator:ſic epicurus:interdū uirtutē laudat:ut. M. Curiū putes loq̄:cū tamē uoluptate. q̄ uirtuti cōtraria ē ſūmū bonū metiat. Vī fortūæ:ſeneca ad ſerenū: epicurus quē uos patronū iertiæ urę aſſimilis ait raro ſapiēti iteruenit fortuna. Tenuē uictū antefert. Diocles auctor eſt epicurū uiliſſimis cibis uitā egiſſe:ipſe quoq̄ in epiſtolis aqua tātū & cibario pane ſe cōtentū eē teſtat:ut ba epicuri ſunt ex epiſtola:mitte mihi caſei paululū:ut cū epulari preciosius uoluero poſſim:ſcribit Seneca Epi cuꝝ q magiſter uoluptatis dicit certos habuiſſe dies:qbus maligne famē extingueret:ut ita uideret an aliquid deeſſet ex plena & cōſumata uoluptate:& q̄tū deeſſet:ē. n. ſūma uoluptas poſſe capere ex ordeaceo pane uoluptatē. Ad id ſe reduxiſſe:qd eripere nulla fortunæ iniqtas poſſit. Quo ſapiēs beatus nō ſit:ait Epicurus ſapiētē ſi i phalaridis tauro purat exclamatuꝝ. dulce ē & ad me nihil ptinet:& ſiue cruciet excarnificetur que futuꝝ nihilominus fœlicē acqrendi patrimonii curā nō habituꝝ:fortunæ reluctatuꝝ:ad rēp. nō acceſſurum. Nō iſtā dicit:hypophora. Dicat q̄libet:Antipophora. Nō itelligamus:ita dicunt epicurei nos nō intelligere de qua uoluptate dicit epicurus. Q ui dolore ſūmū malū:Epicurus i uoluptate ponit qd ſummū bonū eſſe uult. In dolore qd ſummū malū qd q ſentit uirtuti locū nullū relinqt. In qua ſummū bonū collocāt

Lex ſempronia.

Viliſſimis cibis contentus

Maligne famē extingueret

Sciētiæ epicuri

Antipophora

ſtoici:qui dolorē dicūt eē adiaphoron ideſt īdiferentē. Ita credo de honore quaſi dicat ſe nō cōtendere de honore cū epicureis pro quo adipiſcēdo ſtudioſe & ardenter inſurgimus cōtra cōpetitores & aduerſarios.

Illi.ſ.epicuro:apud quē ſūmū bonū cōſit ex duobus:ut corpus ſine dolore ſit: animus ſine perturbatione:

Sūmū bonum ex duobus

Qui ſtatim cōuolent.Illuc libēter hoīes conuolant atq; cōcurrūt ubi audiunt laudari uoluptatē: querētes libidinibus ſuis patrociniū & uelamentū aliquod. Me nō laborare:oſtendit ſe nolle contēdere cum epicureis:quēadmodum ſi de imperio:& de bello punico diſceptaretur:pro talibus. n. rebus animoſe alacriterq; ſentētia dicenda defendēdaq; eſt. Dixit.M. Tullius aliubi.maledicta cōrumelie cōtētiones cōcertationeſq; ī dicendo pertinaces.in dignæ philoſophia mihi uideri ſolēt. Actū habituq;:qū contēdere nolumus: dicere ſolemus habituros nos ratum & actū qcquid egerint aduerſarii.In hāc ſnīam aīt portius cato apud Liuiū uos ꝓ faxitis deos oēs fortunare uelim:prouerbiū ē apud antiquos. actum agam:actū agi:pro eo qđ nihil agā nihil agis:qđ.n.in iure ſemel iudicatū fuerit:reſcindi & iteꝝ agi nō pōt:hinc illud terētianū in phormiōe:actū aiūt:ne agas. Alid lentulo uideꝫ.Cato in omni ſenatu clamabat delendā eē carthaginē:bellumq; carthaginēſibus īducēdū. Scipio naſica reclamabat cōtradicebatq; catoni cum nollet dirui carthaginē:timēs ne deleta carthagine: ſe/curitas & ueternū romanos īuaderet:torpoꝛeq; ſomnulenti marceſcerēt: ſnīæ ſcipiōis ſubſcribebat lucius lentulus & cū cato acclāmaret e re publica mihi uidetur carthagi/nem deleri:illi reclamabant:e re publica nobis uidetur carthaginem nō deleri: tamen q̄uis in ſententia dicenda ſenatores diſſentirent:nulla tamen iter eos cōcertatio emulatioq; reſidebat.ut.n.ait.M.Tullius in ora/tione de prouinciiſq; cōſularibus.ita diſſenſi ab illo:ut in diſiunctione ſnīæ cōiuncti tñ amicitia maneremus. Hii epicurei. Cum iſtis alias:cum epicureis.alias ſe diſputatuꝝ dicit. Verum ſit:iuſtum æquū:& par. Ora. metiri ſe quēq; ſuo modulo ac pede uerum eſt.M.tullius in oratione pro murena: negat uerum eſſe allici beniuolentiā cibo. Expediat:utile ſit. Plauſibilia:fauorabilia:iucūda:popularia:quæ plauſu populi excipiātur ſic Oratio plauſibilis dicta:quæ placet & plauſum populi meretꝰ:ſenſus ē epicureos:qui omnia referūt ad utilitatem ſuā & uoluptatē debere ſolos iſta ſecū muſſitare: nec iactationem oſtētare:quoniā talia nō ꝓbāt: nec plauſu fauoreq; populari excipiūt. In ſinu gaudeāt:ſecū & cū ſuis letēt:ne gēuinū gaudiū iuulgēt:puerbialis ē locutio q̄ & poetæ uſurpāt.Tibul.q ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.Propter ī tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. Si nec opinato euenerit:cvrēaici philoſophi:ut ſupra dictū ē egritudinē effici cenſent ex iſperato nec opinato malo tanq̄ oīa repentina grauiora ſint. Repēs repētius ſubitariuſq; Silius clamor ſepe repēs:Magis cōturbat.uir fortis ex ꝓuiſo oppreſſus ab aduerſario conturbatur:exercitus hoſtilis ꝓter ſpē ſupueniens ſolet eſſe terribilis:& cūcta cōturbat:adeo ut hoc caſu oppreſſis nec uirtus poſſit:nec multitudo ꝓdeſſe:Vegetius ſubſeſſas appellat inſidias:quibus in itinere exercitus imparatus:ac nihil tale ſuſpicans opprimi ſolet.ſubſidere enim ſignificat deliteſcere: unde ſubſeſſores dicti q deliteſcentes inſidiātur.Et inſidiis circūuentos interimūt:cōtra ſubſeſſos uocamus hoſtium dolo circūuentos.a Valerio ſubſeſſor alieni matrimonii dictus:qui pudicitiæ alienæ coniugis inſidiatur. Subita tempeſtas huic ſententiæ.conſimilis eſt illa oratiana ſententia improuiſa ſimul ſpecies terret utrūq;. Dies tpis lōgitas.ſic Tibul.lōga dies homini docuit parere leones.Inde diecula dicitur tēpuſculū & aliquātula mora.

Contētiōes pertinaces īdignæ

Actum agam

Actum aiūt ne agas

Sententiæ coniunctio amicitiæ

Verum iuſtum plauſibilia

In ſinu gaudeat

Subſeſſæ

Subſeſſores

Subſeſſis

diecula

epicurum. ita credo de honore aut de dignitate cōtendimus.Mihi ſummum in animo bonum uideꝫ: illi autem in corpore:mihi in uirtute:illi in uoluptate & illi quidem pugnāt:& quidem uicinorum fidem implorant:multi autem ſunt qui ſtatim conuolent Ego ſum is qui dicam me nō laborare: actū habiturum quod egerint. Quid enim de bello punico agitur:de quo ipſo cum aliud.M.Catoni:aliud.L.Lentulo uideretur.nulla inter eos concertatio unquam fuit.Hi nimis iracunde agunt:preſertim cum ab hiis non ſane animoſe defendatur ſentētia:pro qua non in ſenatu:non in concione:nō apd exercitum:neq; apud cenſores dicere audeant. ſed cum iſtis alias:& eo quidem animo: nullum ut certamen inſtituam:uerum dicentibus facile cedā.tantum admonebo:ſi maxime uerū ſit ad corpus oīa referre ſapientem: ſiue ut honeſtius dicā nihil facere:niſi quod expediat ſiue oīa referre ad utilitatem ſuā:quoniā hæc plauſibilia nō ſunt ut in ſinu gaudeāt:glorioſe loqui deſināt. Cyrenaicorum reſtat ſentētia:qui tum ægritudinem cēſent exiſtere ſi nec opīato quid euenerit. Eſt id quidē magnū ut ſupra dixi etiā Chryſippo ita uideri ſcio:quod prouiſum ante non ſit:id fieri uehementius:& ſed non ſunt in hoc omnia:quanq̄ hoſtium repens aduētus magis aliquādo cōturbat quā expectatus. Et maris ſubita tempeſtas quā ante prouiſa terret nauigantes uehementius:& eiuſmodi ſunt pleraq;.ſed cum diligenter nec opinatorum naturam cōſideres:nihil aliud reperies niſi qdē omnia ſubdita uideri maiora:eqdem ob duas cauſas.Primum qnod quāta ſint quæ accidunt:conſiderandi ſpacium non datur. deinde cum uidetur precaueri potuiſſe ſi prouiſum eſſet quaſi culpa contractum malum ægritudinem

In pleriſq; tollaſ iuxta illã ſñam:q̃ ait nullũ eſſe tantũ doloꝛẽ:quẽ non longinquitas tẽporis minuat: ac molliat:& a ſeneca decẽter ac uere dictũ ẽ.Doloꝛẽ dies cõſumit licet cõtumaciſſimũ & quotidie iſurgẽtẽ.Carthaginẽſes ſeruierũt:auctor ẽ Liuius captiuos carthaginẽſiũ pluſculos a romãis redditos fuiſſe ſuis ciuibus & oli carthaginẽſes egerũt de pmutãdis captiuis:uſi attilio regulo depcatore:q cõtrariũ ſuaſit:miſeꝛe ẽ ãt diſcere ſeruire:ubi didiceris dominari:ſed hæc ẽ fortũæ cõdictio.q̃ fũma imis miſcẽs facit ut reges ex regno in ſeruitutẽ delabanꝫ:ſic hecuba:ſic creſus:ſic ſiſigãbis oli ſeruitutẽ ſeruierũt. Rege capto pſe:paulus emylius p ſem macedonũ regẽ captiuũ duxit ĩ triũphũ & cũ pſe duos filios:filiãq; unicã ſubſeq̃bantur familiares & amici plures regis. ipm regẽ ĩtuẽtes & flebiliter lachrymãtes. adeo ut pleriq; ex romãis lachrymare ob miſericordiã cõpellerenꝫ triũphus fuit ſpetioſiſſimus opulẽtiſſimuſq;. ut docet plutarchꝰ: ab hoc tpe Popu.Ro.tributũ pendere deſiit.ut.M. Tullius Pliniuſq; notificãt:tũc cognitũ ẽ:qd polleat fortuna uerſatilis:quæ filium perſei legitimũ artem ferariam diſcere compulit ob querendum uictũ:cuius rei teſtis ẽ amianus marcellinus. Quoſdã coꝛitios.ſ.ſeruitutẽ ſeruiẽtes. Hæc oĩa uidi uerba ſunt ex andromacha tragedia:qbus ſupius illa erũnas ſuas flebiliter ſic deplorabat:hæc oĩa uidi iflãmari:& q̃ ſubſequunꝫ. Argiuos aut ſicinios diceres.corinthii ex libertate ĩ ſeruitutẽ lapſi ſeruiebãt argiuis ſicyoniiſq; eo cultu:& habitu atq; oĩone:ut argiui ſicyoniiq; uiderenꝫ:& ita ĩ alienã nõ ſolũ ptãtẽ ſed etiã ueſtẽ linguãq; trãſierãt:hæc ſunt opera fortune ludẽtis:hæc ſũt ludibria rhãnuſiæ hæc ſunt documẽta mortaliũ: ut memores ſint rerum humanarum:quæ fluxæ iſtabiles caducæ ſunt& tẽporis momento mutabiles. Sicyonio peloponeſi populos eẽ qs ignoꝛatꝫ qbus oliua ſicyonia bacca dĩ a poeta. Vnde ſicyõii calcei paꝛ uiriles.Regnũ ſicyonũ uetuſtiſſimũ fuiſſe teſtis ẽ Euſebius. Sicyonum fuiſſe officinarum omnium metallorum patriam auctor eſt Plinius. Corinthi ruinæ.Seruius ſulpitius in epiſtola ad Ciceronem conſolatoria.dicit ſe uidiſſe cadauera oppidorum proſtrata & dirruta ante oculos iacentia:uidelicet:eginæ megaꝛæ.pireii.& corinthii:tradunt: hiſtoꝛici coꝛinthum quod olim græciæ lumẽ fuit & ciuitas opulentiſſima extinctam fuiſſe ac dirutã ob legatos cũ mumius conſul Romanus exercitum corinthioꝝ ſub ipſis iſthmi faucibus concidiſſet tunc enim ab ĩcolis deſerta ciuitas direpta primum deinde tuba præcinente deleta eſt tunc corinthii in mãcipatũ ſeruitutẽq; demerſi ſunt ait.M.Tulli.ſe magis ad miſeꝛicordiam eſſe per motũ aſpectis corinthi ruinis q̃ cõmoti ſint ipſi coꝛinthii cuius rei cauſa eſt qd animi illoꝝ iam occalluerant obdurauerãtq; ad tollerantiam calamitatũ & ſic oñdit longa die nõ ſolũ leniri ſed tolli quoq; egritudinem. Clitomachi.clitomachus philoſophus carthaginenſis athenas uenit annos natus quadraginta.audiuitq; carneadẽ cuius & ſucceſſoꝛ fuit tris ſectas ſectatus academicoꝝ peripateticoꝝ ſtoicoꝝ uolumina cõdidit ſupra quadraginta. Ciues ſuos.ſ.carthaginẽſes.Inualuit cõſuetudo ut cõciues paſſim dicamus municipes noſtros recte an perperã uiderint illi in quoꝝ ore & labris dictio hæc eſt frequẽs me riualẽ nõ habebũt.Ego latinitatis elegantiã ſequẽs dicere malĩ hic meus cuius ẽ q̃ cõciuis & ita locuti ſunt ueteres oẽs q̃ pure ꝓbeq; locunꝫ. Itaq;.M.Tullius loquẽdi norma ubiq; uoluminũ ciues ſuos dicit nuſq̃ cõciues.Neoteri.i.recẽtiores cõciues dictitãt:tanq̃ ĩd ſit elegantiſſimũ latiniſſimũq;:auctoritas mihi dux ẽ & magiſtra reꝝ oĩum.alio mõ latine & elegãter dĩ municeps meus pro ciuis meus ſiue cõterraneus. Plinius iuriſcõſulti ſcola eruditoꝝ Municeps uſurpant in hoc ſignificatu: libet iterdũ in hæc ẽt minuta diuertere ad uitiligines linquaꝝ repurgãdas. Carneadis magiſtri doctoriſq; clithomachi de cuius acumine doctrina memoria dictũ eſt in primo cõmẽtario. Cũ ita poſitũ eẽt hæc erat propoſito ac ueluti argumentũ libri mihi uideꝫ ſapiẽtẽ futuꝝ in egritudine patria capta tanq̃ patriæ amiſſio ſit oĩum iacturaꝝ maxima pro qua ſapiẽs mori nõ recuſabit q̃ oẽs oĩum caritates cõplexa eſt carneades aũt cõtra diſſerebat oñdens ſapientẽ nõ fore in egritudine ex patriæ captiuitate & euerſione tanq̃ ſapiẽs ſit totius mundi ciuis & omne homini natale ſolum tanq̃ ſapiẽtis animus iſtar ſummi cœli liquidus defecatus imperturbatus ſit qui nullo nubillo obducaꝫ cui ſententiæ ſubſcribit philoſophi ſtilbonis exemplum qui capta patria amiſſis liberis amiſſa uxore cum ex incendio ſolus & tamen beatus exiret interrogãti de-

Doloꝛẽ dies cõſumit

Exemplũ ſtilbõis

Ex regno in ſeruitutem cadere

Darei mater

Perſes ĩ triũpho

Filius perſei faber

Ludibria rãnuſiæ

Sicyõe patria metallorum

Clitomachuſ cõciues nõ dici elegãter

Ciuis meus

Municeps meus

Vitiligines linguaꝝ

Sapiẽs mundiciuis

Poliorceies. Omnia meame cũ ſunt.

metrio:cui cognomẽ ab exitio urbium poliorcetes fuit:nunquid perdidiſſet:omnia inqt bona mea mecũ ſunt quo dicto dubitare demetriũ coegit an uiciſſet:nihil iquit perditi omnia mea mecum ſunt: uidelicet uirtutes:quas nulla uis hoſtilis eripere quit:qbus ſapiẽs ſeptus nullũ poteſt ſubire diſpendium: biantem p tereo:cuius exemplum uulgatum eſt nimis. Sed cicatricibus:quæ obductæ: & uetuſtate calloſæ uix tolli ſanariq; poſſunt. Nihil oportere:hæc eſt illa conſolatio:quæ nobis in promptu eſſe ſolet uolentibus relẽ uare dolorem lugentium:dicimus enim conſolandi cauſa nihil uideri debere inopinatum & quod neceſſe eſt talia accidere mortalibus: aduerſus q̃ muniti præparatiq; eẽ debemus:turpe ẽ. n. quod & egritudinẽ auget:dicere:nõ putarã oĩa putãda ſunt:nihil non opinandũ eueni re poſſe:habendus ẽ in ore & in memoria uerſiculus ille.cui uis poteſt accidẽ:qd cuiq̃ poteſt. Panetius philoſophus cõducenter ſcripſit:quod uita hoĩum pericula ex ĩprouiſo aſſidua & ꝓpe quotidiana fert ad q̃ cauẽda oportet eẽ aĩo ſemp ĩtento.ut ſunt athlete ſicut.n.illi i certamĩe athletico caput manibus oppoſitis q̃ſi uallo ꝓmuniũt ita aĩus ſapiẽtis aduerſus petulãtias iniuriaꝝ ictuſq; fortunæ debet eẽ erectus:arduus ſeptus:ne q̃ in re repẽtina ĩcurſio ĩperatis ĩprotectiſq; nobis oboriat. Neq; nõ ualet:aliquid ualet. Quia recẽtia ſunt:tãq̃ malũ uideat maius:qa recẽs ẽ & recenter igruit:q̃ quia ſit repentinũ & iopinatum. Quam pauca natura deſideret ſi ad opinionẽ uiuẽs:nunq̃ eris diues ſi ad naturam nũq̃ eris paup: opinio ĩmenſum: natura minimũ deſiderat ſi uis uacare aĩo aut paup ſis oportet: aut pauperi ſimilis nõ põt ſtudiũ ſalutare fieri ut inqt Seneca ſine frugalitatis cura: Epicurus ait: honeſta res ẽ leta pauptas nõ q̃ paꝝ hẽt:ſed q̃ plus cupit pauper ẽ: parabile ẽ qd natura deſiderat & appoſitũ paruo cõſtat ad manũ ẽ qd ſat ẽ. Ad exẽpla traducimus. Duplex rõ diſputãdi ẽ:aut p̃ceptis aut exẽplis:quantum græci pollent præceptis tantũ romani qd ẽ maius:exẽplis:orator ut docet Quin. in.xii.ĩprimis abũdare debet copia exẽploꝝ:q̃ teſtimonioꝝ obtinẽt locũ:unde ẽt ſenibus auctoritas maior eſt qd plura noſce & uidiſſe creduntur:Plato in libro de regno arduũ eẽ ait ſine exẽplis magna ſufficiẽter oſtẽdere. Hic:in diſputatiõe de pauptate. Socrates cõmemoratur:pauptas ut apuleii uerbis utar fuit ĩ Ariſtide iuſta in phrocione benigna:in epaminũda ſtrenua.ĩ Socrate ſapiẽs:ĩ homero diſerta:eadẽ pauptas ẽt.P.R. ĩperiũ a primordio fundauit.Nõ debet igit pauptas uideri res oneroſa:imo potius appetẽda:cũ uideamus tot uiros p̃claros in paupertate uixiſſe:beatiores letioreſq;:q̃ quibus domi congeſtæ ſunt opes regiæ: quoꝝ bracteata & perſonata fœlicitas eſt & profecto paupertati talium uirorum nullas credo diuitias poſſe præferri:quæ ſolidis & ueris bonis exuberat cum diuitiarum frons hilaris multis intus amaritudinibus refer ta ſit.Socratis pater fuit ſophroniſcus lapidarius mater fenareta obſtetrix qui in pauptate beatiſſimus amicis olim audientibus emiſſem iquit pallium ſi nũmos haberem neminẽ popoſcit omnes admonuit a quo acciperet ambiguus fuit. Hic diogenes,notiſſimus eſt cynicus diogenes cui nihil habẽti nihil defuit qui potentior Alexandro naturæ uictor humanæ cum haberet cotylam ad potandum hoc eſt poculum ligneum uidit puerum manu concaua bibentem ſtatimq; id eliſit ad terrã dicens neſciebam quod natura haberet poculum puer me uilitate ſuperauit prætorium diogenis fuit dolium in quo degebat quod ut cũq; ſole inclinauerat ſimul uertebatur. Vñ iocabat domum ſe habere uolubilem de quo ſatyrographus ſed dolia nudi nõ ardent cynici ſi fregeris altera fiet cras domus hemerobios ideſt diarii uictus uulgo appellatus eſt.Duplici palliolo uſus peram habuit pro cellario bacculum pro adminiculo quo ſe iam ſenex & infirmus ſuſtentabat præter hanc ſuppellectilem nihil quicq̃ requirens hæc ſunt cynicæ inſignia familiæ.Diogenis hoc erat pera & bacculus quod regibus diadema quod pontificibus galerum qui cum Alexandro Magno de ueritate regni certabundus baculo uice ſceptri gloriabatur. De diogene Hieronymus laertius Apuleius.dion.cæteri.extan epiſtolæ ipſius Diogenis quibus.Regulas ſuas teſtatur qui præ una pera & bacculo ſpreuit opes opulentas & prorſus ad uiuendum uelut ad natãdum iis melior qui onere liberior. Cecilianum a cecilio cõditore comediarum de quo ſedigitus poeta. Cecilio palmã ſtatuo de comico & oratius. Vincere cecilius grauitate terentius arte:Cecilianum & illud eſt homo homini deus eſt ſi ſuũ officiũ ſciat.

Nõputaram Simus ſimile athletis,

Natura minimũ deſiderat

Parabile Ad manũ ẽ qd ſat ẽ

Exẽpla ſalutaria

pauptas in ſocrate ſapiẽs

Bracteata fœlicitas

De dvogene Cotyla in dolio degens

Hemerobios

Baculus & pera Ceciliuſ comicus

Homo homini deus

ſint uiſa maiora.quid ergo opus ẽ dicet aliquis ratione:aut omnino conſolatione ulla:qua ſolemus uti cum leuare dolorem mœrentiũ uolumus: hæc enim fere tum habemus in promptu. nihil oportere inopinatum uideri:Aut qui tolerabilius feret in cõmodum q̃ cognouerit.neceſſe eſt homini taleali quid accidere:Hec enim oratio de ipſa ſumma mali nihil detrahit.tantũmodo affert nihil eueniſſe: qd non opinandum fuiſſet.neq; tamen genus id orationis in conſolando non ualet:ſed id aut ſciã an plurimum ualeat.Ergo iſta nec opinata non habẽt tãtam uim:ut ægritudo ex his omnis oriatur.Feriũt enim fortaſſe grauius:non id efficiunt ea quæ accidant maiora uideantur:quia recentia ſunt maiora uidentur non:quia repentina: Duplex eſt igitur ratio ueri reperiendi:non in his ſolum quæ mala:ſed his etiam quæ bona uidentur.nam ut de ipſius rei natura qualis & quanta ſit quærimus ut de pauptate nonnunquã:cuius onus diſputãdo leuamus: docentes quã parua:& quã pauca ſint:quæ natura deſideret:aut a diſputandi ſubtilitate oratiõem ad exempla traducimus.Hic Socrates cõmemoratur. hic Diogenes: hic Cecilianum Illud ſæpe eſt etiam

Sub paliolo sapiẽtia: uirtus ut inqt Seneca: nulli pclusa: est oĩbus patet. oẽs admittit libertĩos seruos: exules nõ eligit domũ nec cẽsum. nudo hoie cõtẽta ẽ. nõ est igit a pãnis & sordibus uirtus existimãda: ĩ q̃ sniam est illd apuleianũ. ne me putetis egenũ uel abiectũ. ne ue de pannulis istis uirtutes meas estimetis. Plinius in epistolis tradit quosdã iterdũ se ductos cultuq; pagano q̃si rusticos nõ minus eẽ eruditos q̃ eos q studia pferũt & oñtãt. Caio fabricio. norma pauptatis & exẽplũ apd romãos. Caius fabritius ẽ q patellã & salinũ ex argẽto tñ deoꝝ colẽdoꝝ cã domi habuit. Ita tñ ut patella corneo pediculo sustiereť. cuiꝰ filiæ ob pauptatẽ de publico dotibꝰ donate ad maritos ierũt portantes gloriam domesticam pecuniam publicam hunc pyrrhus epirenlis nullo auro nullis pollicitatõibusꝰ expugnare potuit ut secum eẽ uellet ac ꝓximũ a rege principatũ obtineret q dixit pyrrho nõ hocille cõduci bile esse. Nã si epirote inqt ambos nos norint a me regi q̃ abste malint hinc ait poeta paruoq; potentẽ fabricium. Et claudianus pauper fabricius pirrhi cũ sperneret aurum Iulius higinus in libro de uiris illustribus. scripsit legatos samnitiũ obtulisse dono Caio fabricio grandem pecuniam tũ fabritiũ planas manus per omnia fere corporis mẽbra deduxisse. & legatis ita respondisse dum illis omnibus membris quæ attigisset ipe-rare posset nunquam quicquã futurũ & ita pecuniam repudiauit. Generis humani. humanum genus flexum eẽ caducum imbecillum quassum sexcentis malorũ milibus obnoxium ad omnem fortunæ contumeliam proiectum precarii spiritus autumant scriptores idonei. Apuleius ĩ demonio Socratis definit homines esse terræ ĩcolas moribundis membris leuibus & anxis mentibus brutis obnoxiis corpibus dissimilibus moribus similibus erroribus peruicati au-datia: pertinaci spe: casso labore: fortuna caduca: tarda sapientia: cita morte: querela uita. Multi ihonorati: Cato quo die repulsa passus est: pila lusit: quẽ ait Plinius repulsis tanq̃ honoribus ineptis gaudere solinum: apud Valeriũ caput est de repulsis quo enumerat exẽpla clarorum uirorum qui repulsis sigillati fuerunt: inhonoratiq; discederũt Mar. Tullius in oratione pro plãtio aliquot commemorat repulsa notatos & a populo præteritos in petitiõe magistratus. Priuatim otium ante tulerunt. M. Tullius in oratione pro cluentio: uiros clarissimos percenset qui petitionem honorum relinquentes uitam tranquillam & quietam remotam a procellis iudiarum sequi maluerunt. Epicurus ait sapientem non accessurum ad rempublicam: cleantes: chrysippus: Zeno: nemo illorum rempublicam administrauit: philosophi pene omnes: in ocio litterario uixerunt. multi ut uerbis. M. Tulli utar & sunt & fuerunt qui tranquillitatem expetentes a negociis publicis se remouerunt: ad ociumq; profugerunt fuit temporibus tyberii principis quidam nomĩe uacia: nulla alia re quam otio notus. & ob hoc unũ: quod in otio consenuerat fœlix habebatur: de quo exclamabant omnes: o uacia solus sis uiuere. Cauendũ tamen est ne dum solitatem eligimus & uitam ociosam concupiscimus: nec nobis nec aliis uiuamus: sicuti quidam q se inertiæ & uentri: sõno: & libidini dediderũt: q lucifugi: nec oriẽtẽ uiderũt solẽ nec occidẽtem: q dũ nemini uiuũt: nec sibi ipsis uixerũt. Anapestũ: carmen ueteris poetæ. Anapesticũ significat constãs anapesti pedibus: fit aũt anapestus pes ex duabus breuibus & longa. Potentissimi regis forsan agamẽnõ signi ficatur: siue priamus: inductus in tragedia sic apud senecam in tragedia oedipus damnat uitã regiã eiq; quam anteponit cũ ait qsquam ne regno gaudet o fallax bonũ quãtũ maloꝝ quã frõnte blanda tegis. Ignobilis ignotus nõ cognobilis. Democritus ueni iquit athenas & nemo me nouit. ut inqt Seneca q uixit notus oĩbus ignotus moriť sibi. Orbitates liberoꝝ sicut pauli emylii. Xenophontis anaxagoræ & alioꝝ qui filiorum obitum forti subnixoq; aio tulerunt. Ego cũ genui supra dictũ est telamonẽ audito filioꝝ interitu dixisse laudabiliter. Ego cum genui cũ morituros sciui. Futuras cõmẽtabar apud euripidẽ ut ante dictum est sic loquitur theseus futuras mecũ commentabar miserias aut mortẽ acerbã aut exilii mestam fugam.

Virtus. d pãnis estimã da nõ ẽ

Norma pauptatis fabricius Clau dianus

Scitum fabricii

Hõres fluxa quassa Difini tio hominũ. apuleiana repulsa

uita ociosa plata horibus

Exẽplũ uatiæ. O uatia solus sis uiuere. Lucifugi Anapestus Ignobilis.

Qui ante meditantur: ut iam sepius dictū est: quicquid expectandū est diu: leuius accidit: & prouisa omnia leuiora fiunt. Dies: temporis longinquitas. Illos: qui ante meditantur. Hos: quibus medet dies Pares casus: exempli causa: orbitas filiorū: exilium: amissio patriæ: & alia hoc genus. Grauius etiā tulisse: non absit: mile est scitū illud solonis: qui cum lachrymabundus lugeret defunctum filium diceretur q̄ sibi a quodam: at nihil proficis: respondisse fertur: at propter hoc ipsum illachrymo: quia nihil proficio. Nemo exp̄s mali cum natura magis nouerca sit mortalibus: q̄ mater: fit ut nullus es omni parte beatus existat: itaq; cū mortalium nemo fœlix merito dici possit idulgēter fortuna deciditur cū illo q iure' dici non ifelix potest. Nemo mortalis ē carmē est euripidis: uerissime sanctissimeq; cōscriptū: quo nihil uerius eē potest: cum nullus mortaliū ullo unq̄ tēpore fuerit nec futurus sit sine morsu doloris & morbi cruciatu: Ergo p̄ miraculo & id solitarium reperit' exemplum uidelicet. Xenophilum musicū cētū & quinq; annis uixisse sine ullo corporis incōmodo. potuit id qdē. fieri: ut corpore nō egrotaret: sed ut oī penitus ai egritudine imperpetuū careret: impossibile ē nec fieri' potuisse indubitanter affirmo: ut eni i quit scite uereq; neuius poeta: pati necesse est mortalē multa mala. Neqcq̄ frustra: cū nulla sit medela: cū nullis plantibus defuncta reuocent'. Cicero quadā epistola qd an gā: crucie ne me' qd deide asseq̄r'. Vita metenda: trāslatio a frugibus. q̄ maturæ metūtur. Oratius in epistol. Emetit orcus grādia cū paruis nō exorabilis auro fruges autem metunt': triplici genere messionis unū ubi falce secūdū terrā subsecant frumētum: altero ubi ligneum habent bacillum icuruum. In quo sit extremo ferrula ferrea: hac spicas desecant. & stramenta stantia in segete relinquunt: ut postea subsecentur: tertio modo metitur ut stramentū medium subsecent a quo medio messem dictam putat. M. Varro in ptimo de re rustica. Iubet necessitas: necessitatis: q̄ græci ἀνάγκην uocant: amarissimæ sunt leges. truculētissima: imperia īsuperabilis uis meritoq; ait plato ī protagora necessitati nec deos qdē repugnare. Liuius cōsimiliter pareat inqt necessitati q̄ nec dii quidē superant. Necessitas ut scite dixit cato feriis caret. Plato. plotinusq; platonicus parcas aiunt filias eē necessitatis quæ ieffugibilis est ut inquit Apuleius. Deumq; semper & ubiq; ultrix comitat' eadem necessitudo dicitur quam. Mar. Tullius sic scribit in secūdo rhetoricorum puto esse hanc necessitudinem. Cui nulla ui resisti potest quæ neque mutari neq; leniri potest ut corpus mortale aliquo tempore iterire necesse ē atq; ita necesse ut uis postulat necessitudinis cui nulla uī resisti potest. Negabat scilicet carneades reprendens chrysippum fulcientem porticum stoicoꝝ. Ad maleuolos consolandos maleuoli solatii ut inqt Seneca genus est turba miserorum. Longe secus. longe aliter quā carneadi. Admonet esse hoiem. quid est homo? inquit Seneca quodlibet passum uas & fragile iactu. Quid est homo? ibecillissimū corpus & fragile. Plinius in secūdo nihil homine miserius esse ait. Nihil superbius ab eodem mortalitas fragilis & laboriosa nominatur idem aliubi dixit: is domum profecto uitā æqua lance pensitabit qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit miserrima est profecto hominis conditio cum tantalo serpētis dē te ictus intereat cum anacreon acino uuæ passæ cum fabius senator in lactis austu uno pilo strangulatus sit. Dixit olim legatus scytharum Alexandro magno ex indulgentia fortunæ conditionem humanam obliuiscenti: si deus extribuere mortalibus beneficia debes sin autem homo es id quod es semper esse te cogita. Qui mœret in luctu & mœrore ē. Enumeratio exemploꝝ potētiora sunt sepissime exempla quam tationes philosophoꝝ & magis mouēt. Ideoq; M. Cicero in oratione de prouinciis consularibus: sibi om-

Ideo lachrimo qa nil p̄ficio

Xenophilus exps morbotum

Pati necesse est multa mala

Triplex messio

Messis a medio

Anace necessitas

Necessitas feriis caret.

Parcæ necessitatis filiæ

Necessitudo

Homo quid

Anacreon acino uuæ strangulatus

Dictū scythæ

Exēplo rū uis.

Leticia i malo. Letitia i bono

Cautio appellatur: iam dictum ē ex ſententia ſtoicorū cautionē pro metu eſſe in aīo ſapientis: quippe cautio deuitat malū: quod debet ſapiens deuitare: metus uero ſtultorum eſt: & in malo ponitur ſed apud apoſtolū in bono eſt ubi ait. Cum timore & tremore ueſtram ipſorum ſalutem operamini & noli alium ſapere ſed time.

Metus i bono

Exanimatione: perturbatione: conſternatione: exanimatus dicit perturbatus: iterdum pro mortuo ponitur.

Exanimatio triſtitia i bono

Sapiētis affectio triſtitia quia de malo præſenti eſt: nullū autē malum exiſtimāt ſtoici poſſe accidere ſapienti: idcirco pro triſtitia ſiue egritudine negauerūt aliquid poſſe eſſe i eius animo & ita ſapiētem aiunt triſtem eſſe nō poſſe: uerum apud eccleſiaſticos: ipſa quoq; triſtitia reperitur in bono: nā laudat apoſtolus corinthios: qđ cōtriſtati fuerūt ſecūdū deum.

Contractio: triſtitia: ſolitudo: mœror. Cōtrahi: n. dictum ē honeſte quadā triſticia affici. Vnde cōtractio & contractiuncula: p ſolicitudinibus ac animi triſtitia.

Cōtractio. contractiūcule

Opinio fons perturbationum

Quatuor | Duæ ex opinatis bonis. Cupiditas & leticia. Duæ ex opinatis malis: metus & egritudo ſiue triſticia. Cōſtātie uolūtas quæ apponitur cupiditati ſiue libidini gaudium quod leticiæ cautio quæ timori.

Ex metu ſanguis refugit. Aluum ex timore fūdi. Soluūt tibi cornua uētrem.

Opinione: dictū ē in tertia tuſculana. Egritudinē nō natura exoriri ſed iudicio ſed opinione ſed quadā inuitatione ad dolendū: dū id decreuerimus ita fieri oportere: ē itaq; opinio fons & origo nō ſolū egritudinis: ſed etiam reliquaꝝ oīum perturbationū quæ a Cicerone hoc in loco ex ſtoicoꝝ more præſſius diffiniuntur. Efferri: hinc letitiā diffiniunt aī elationē ipendentis imminētis & futuri. Metus: receſſum animi. Ari. in pb. auctor ē. Ex metu ſanguinē & caloré in ima pfugere: unde fit ut aluus pleriſq; ob timorē ſoluat: ex hac ariſtotelica ſnīa dictum ē illud a ſatyrographo. Soluunt tibi cornua uentrem cum lituis audita: ex metu animus ad interiora refugit: tanq; ad ſuffugium recōditū

lo eē ſapiente: quā ſic diffiniūt. Volūtas ē quę qđ cū rōne deſiderat. Quæ aūt aduerſus rōnē incita ta ē uehementius: ea libido eſt uel cupiditas effrenata: quæ in oībus ſtultis inuenit. Itēq; cū ita mouemur ut in bono ſimus aliquo dupliciter id cōtīgit. Nam cū rōne animus mouet placide atq; cōſtanter tum illud gaudiū dr. Cum aūt & inaniter & effuſe aīus exultat tum illa lætitia geſtiēs uel nimia dici poteſt quam ita diffiniunt ſine rōne animi elationē: quoniā q̄ ut bona natura appetimus ſic a malis natura declinamus quæ declinatio ſi cū rōne fiet cautio appellatur eaq; intelligitur in ſolo eſſe ſapiēte quæ autē ſine ratione & cum exanimatiōe humili atq; fracta nominetur metus. Eſt igitur metus rōne aduerſa cautio preſentis autē mali ſapientis affectio nulla eſt ſtulti eſt aūt ægritudo ea qua afficiunt in malis opinatis animoſq; demittunt & cōtrahūt rōni nō obtēperantes. Itaq; hæc prima definitio eſt ut ægritudo ſit aī aduerſante ratione cōtractio ſic quatuor pturbatiōes ſūt. Tres conſtātiæ quoniā ægritudini nulla conſtantia opponitur ſed oēs perturbatiōes iuditio cēſent fieri: & opinione. Itaq; eas diffiniunt preſſius ut intelligatur nō mō quā uitioſe ſed etiam quam i noſtra ſint ptāte. Eſt igitur egritudo opinio recēs mali p̄ſentis in quo demitti contrahiq; animo rectum eē uideatur Leticia opinio recēs boni preſentis i quo efferri rectum eſſe uideatur. Metus opinio impēdentis mali, quod intolerabile eſſe uideatur. Libido opinio uenturi boni quod ſit ex uſu iā præſens eſſe atq; adeſſe, ſed quæ iudicia quaſq; opiniones pturbationū eſſe dixi non in eis perturbationes ſolum poſitas eſſe dicūt. uerum illa etiam quæ efficiunt perturbatiōibus. Vt egritudo quaſi morſū aliquē doloris efficiat. Metus receſſum quendā animi & fugam. Lætitia profuſam hilaritatē Libido effrenatam appetentiam. Opinionem autem quam in oēs diffinitiones ſuperiores incluſimus

Appetentium:cupiditatem & appetitum. Plinius lactucas ait facere cibi appetētiā idem uīno ſtomachus in quit recreat:appetētia cibo⁹ inuitatur. Imbeciliā aſſenſionē:Plato ī theetheo. tradit hoiem falſa opinari. Aliq̄do uera:& opinionem plerunq; falſam eſſet ipoſſibileq; eē ait opinionē quālibet ſcientiam eē opinionis autē mater ignorantia eſt:hinc philoſophari ē opinari:& philoſophi dicti opinioſi & opinatores Subiiciūtur:ut generi ſpēs. Inuidentia dicere iuidentiā maluit q̄ inuidiā:tanq̄ iuidiæ nomē ambiguū ſit cadatq; i utrunq; & in eū qui inuidet:& in eū cui inuidet:unde potētia & opes inuidioſæ dicuntur. Emulatio obtrectatio:mox hæc oīa ſingillatim p diffinitionē explicat & patefacit. Propter alterius res ſecūdas ſecūdum hāc diffinitionē ē illud oratianū.inuidus alterius marceſcit rebus opimis.inuidia ſiue inuidentia cadit in hoiem nō cadit ī bruta animātia.inuidia diſtat ab odio qd inuidemus fortunato odimus uitioſum:qd inuidiā profiteri erubeſcimus.odiſſe palā decor ē qd inuidia hominum tantū eſt.odiū reliquarum quoq; animantium:ut Plutarchus ſubtiliter diſſerit ī libro de inuidia & odio: inuidia ut ait papinius.egra eſt leris.i.ſecundis rebus alterius inuidia cū iuidentes infelices efficiat:ita abeſcatq; uidendo ſucceſſus hominū:merito dixit poeta.iuidia felix furias amnēq; ſeuerū cocyti metuit. Vt ſi hectori agamēnō nō recte diceremus agamēnonē hectori inuidere fortitudinem. Cū doleret ob illius uirtutē quā ſepe ꝓfligatus ē. Et ad lachrimas capillorūq; euulſionē:ex mœrore cōpulſus qd teſtimōio homerico claret: nā male uelle inimico a quo lederis inuidere nō ē e cōtrario bibliopolæ elegāter & uere dici poſſunt iuidere Benedicto noſtro Hectoris filio qui libros uendēdo iprimendo cōmutādo rē fecit qui uoluminū meorū impreſſor eſt diligentiſſime mei noīs ſtudioſiſſimus: & eruditionis admirator quē minutuliqdā librarioli ut uulgo dicīt ſiue bibliopolæ inuidētia irritati ferre nō poſſunt:qd ex nihilo emerſerit.qd inter noſtrates rei librariæ negociatores primari⁹ ſit.qd iter ceteros ſit famigeratus:qd ſcholaſtici oēs ēpturiētes eius officinā perāt.pinde ac oīgenū librox ffertiſſimā ſed ferāt æquo aio reliq bibliopolæ ſi ex tā tulo tātus:ſi ex ſeruo dūs ſi ex egēo opulentus & āpliter nūatus fcūs ē bñdictus nr̄ cū ſudādo algēdo laborādo uigilādo p uarios caſus p tot diſcrimīa rex puenerit ad fortūas maiuſtulas ad q̄s nēo ſōniculoſus ocioſuſq; pueniet:nā ut iq̄t ille nil ſine magno uita labor dedit mortalib⁹ quocirca cōmōeo bibliopolas ut bñdicti ueſtigia imitāt̄ ſi illius opulētiā aſſeq cōcupiſcūt q āt iuidet is dupliciciēcōmodo afficīt.nā tabeſcit aliēa felicitate & ſuamet ifortūitate torq̄t.Emulatio emulus dr̄ iuidus & imitator alterx uitupatōis alterx laudis ſic emulatio ē imitatio uirtutis:& nomē iuidiæ nā ut grāmatici annotant Emulatio hēt qdē imitādi ſtudiū ſed cū malitiæ opatiōe zeno dicebat emulationē dolorē eē ſiue egritudinē ex eo ꝙ alius potiat eo:ꝙ q̄ſq; cupiuerit quē nūc ſeq̄t. M. Tul. Zelotypiā idē zeno ait zelotypiā eē egritudinē ex eo ueniētē:qd adſit alteri:qd ipe quoq; hēat Cice. obtrectationē īterptat̄ grecū uerbū ē ξηλοτυπεῖν eo ꝙ ſignificat inuideo ξηλοτυπία emulatio ξυλοτυπόσ emulus. Iuue. zelotipæ retegāt̄ ſcrinia mechæ q ī ſe cūda piſciū pte hūerit horoſcopū erit zelotipus ut docet Firmicus mīnus ī. yiii. Miſericordia ptiet q̄rere hoc loco qd ſit miſericordia. pleriq; n. ſicut pipatetici ut uirtutē eā laudāt. Et bonū hoiem uocāt miſericordē: ſed ſtoicox ſecta durior. uitiū aī eē dicit:negatq; ſapiētē miſereri:& idē ſētit Sene. ſtoici dogmatis aſſertor & aſſectator. q ait miſericordiā eē egritudinē mali. ob alienox malox ſpēm:& quēadmodū iqt religio deos colit. ſupſtitio uiolat. ita clemētiā māſuetudinēq; oēs bōi ꝓſtabūt. Miſericordiā āt uitabūt ē. n. uitiū puſilli aī. Ergo ſi ſtoicis credius ñ miſerabit̄ ſapiēs:ſed ſuccurret:at q̄to hōeſtius & humāius miſericordiā iter uirtutes laudare ſicut. M. Tul. ī cæſaris laudē locutus iqt. Nulla de uirtutibus tuis nec admirabilior nec gratior miſericordia ē Nimiox decet hoies eē miſericordes a qbus nihil hūani alienū eſſe debet. De miſericordia ante dictum eſt.

Appetē tia

Opinio nis ma ter

Ignora tio

Opinio ſi.

Inuidia

Inuidia differt ab odio

Inuidia infelix

Biblio pola Benedi ctus & ī preſſor

Contra inuidoſ biblio polas

Laus benedicti biblio polæ

Emu lus.

Emula tio.

Zeloty pia

Obtre ctatio

Horo ſcopus zeloty pi

Miſeri cordia

Angor
Anxitudo
Angies
Synanchæ
Angia
uinaria

Angor:hoc ex diffinitione zenonis ſtoici:angor ab angẽdo dictus:alio noĩe anxitudo:ut illud actianũ:p ſuaſit mœror anxitudo.error.dolor:ab angẽdo angina:qua fauces anguñ ac:ſtrãgulanť: q morbus ẽ acutiſſimus:græci ſynãchẽ.uulgo recẽtiores medici ſquinantiã appellãt:cuius Hippocrates.Galenus: Auicena cæteri meminerũt.& nos aliubi fecimus annotaméta:anginã uinariam habere dicũtur. q uino ſuffocanť.

Luctus

Luctus:pter hanc ſignificationẽ.luctus dicitur iſigne idiciumq; mœrentis:ſicut eſt ueſtitus niger & pullus:lugere is proprie dĩ:qui ex obitu caræ perſonæ.neceſſariæq; iduit nigra ueſtiméta.ſcribit Liuius matronas luxiſſe brutũ annuo tẽpore ut parentẽ.

Eluger

Cõtra elugere ſignificat luctum deponere apd eũdẽ Liuiũ ait lutius ualerius tribunus plebis.quid aliud i luctu:q̃ purpurã aut auro deponũt fœmiæ?quid aliud cũ eluxerũt ſũmunt.mendoſi codices nõ eluxerũt habẽt ſed eluſerũt:corrupto ſenſu & uerbo. M.T. ait patriã eluxi iã & grauius & diutius:q̃ ulla mater unicũ filiũ: ſignificans ſe lugendo defleuiſſe patriæ corruentis iteritũ anthraci

Anthracinus color

nus color nigeré:accõmodatus lugẽtibus.

Anthraces

Vnde anthracinæ ueſtes lugentiũ dictæ anthraces enĩ græce.latine carbones appellantur.Virg.luctum ante ueſtibulũ iferoꝝ & in primis orci faucibus collocauit:de quo cecinit Silius.Luctºedax macieſq; malis comeſ addita morbis antiq declinabant luctus luctus

lucti

i in ſecũdo ordie:ut actius Ceſſo hĩc ire & rapere lucti ueſtẽ in lecto cõiugis. Mœror ſilius ponit merorem:ĩter mala inferoꝝ: lachrymis ſaginatũ:ſic enim ait.& mœror paſtus fletu & ſine ſanguine pallor uerbũ uetus eſt.Mœrare ,p mœrẽtẽ facere. & mœſtitudo,p mœſtitia &meſtiter,p mœſte &mœſtare ,p mœſtificare. Erũna.M.Tullius i ſecundo de finibus.maioresiquit nĩi labores nõ fugiẽdos. Erũnas noiauerũt:feſtº põpeius.Erũnas ait eſſe labores oneroſos.Vnde herculis erũnæ dictæ . unde erũnoſa uita & erũnabilis pro laborioſa.præterea erũnulas furcas uocant: quibus religatas ſarcinulas uiatores ferunt.quarum uſum:quia Caius marius retulit mali marianĩ poſtea noĩati. Pigritiam: uetus uerbum eſt pigrare.quod ſignificat detinere ac retardare.ut actius melius pigraſſe.q̃ properaſſe nefas. Pudorem robur:ante dictum eſt ex ariſtotelis ſententia quos pudet erubeſcere:qui metuunt palleſcere quoniam pudefactis ſanguis de corde in oĩs corporis partes diffunditur.metu uero perculſis cõtrahitur ad cor ita ut cæteris partibus defiat.Eſt aũt pudor timor iuſtæ reprẽſionis. Et tremor.idem ariſtoteles in problematis querit cur tremunt qui metuunt.an propter inquit refrigerationem.deficit enim calor atq; cõtrahiť hinc illud Virgilianum.Geliduſq; per ima cucurrit oſſa tremor.Metuentibus aluus funditur . algor & ſitis prouocatur:teſticuli contrahuntur dentes crepitant & arietantur : Seneca in libro tertio de ira : ſomnum dentium inter ſe arietatorum ſignum eſſe dicit furentis & irati. Crepitus.ſonus:& concuſſio. crepare enĩ ſonare eſt:unde crepitus uentris:quos ſtoici liberos eſſe aiunt.& apud ſuetoniũ in quinto cõmentario latius explicatum eſt:crepitus plagarum dixit.M.Tullius in uerrinis:& plautus ait in menechinis.dic mihi nũ quã tibi inteſtina crepant.cui ille reſpondet.ubi ſatur ſum nulla crepitant:quando eſurio crepant:quod ſignificat murmurant & ſonant.id quod inteſtinis inanibus ſolet accidere.grãmatici plura ſuper hoc uerbo.

Mœrari
Mœſtitudo
Mœſtiter
Mœſtari
Erũnæ
Erũnabilis uita
Muli mariani
Pigrare
Pudor
Dentes inter ſe arietati
Crepari
Crepitus.
Terror Equi Martis
Pauor
Lætus Pauor
Expectorat
Incurueſcere.
Exanimatus
Exanimus

Pauorem.ualerius flaccus in tertio argonauticon.terrorem & pauorem.ait eſſe equos martis : cum ait terrorq; pauorq; martis equi græce dicũtur Φόβος & Καὶφοβος.de quibus intelligi uoluit poeta. ſic ſcribens in georgicis martis equi biiuges eſt quidam pauor letitiæ.de quo Virgilius.Exultantiaq; haurit corda pauor pulſans a filio dicitur lætus pauor. Ex animo expulerat.M.Tullius in tertio de oratore mentionem facit huiuſce Ennianæ ſententiæ.ſed pro expulerat legit expectorat quod uerius elegantiuſq; eſt .& ita hoc in loco legendum . Ait enim uerba nouari.quæ ab eo qui dicit ipſa gignuntur aut fiunt uel coniũgendis uerbis ut tum pauor ſapientiam omnem mihi exanimato expectorat mox ſubiungit docens iſtud uerbum expectorat nouum eſſe.& ex coniunctione factum ſicut illud baccarnm ubertate incurueſcere. qua ſententia commouemur . id quod in prima tuſculana dictum eſt . rami baccarum ubertate incurueſcere uſurpari a Cicerone tanquam alienum . & ex uetuſto poeta tranſcriptum. Exanimationem inter exanimatum hoc intereſt.docente Donato exanimatus eſt conterritus & conturbatus . exanimus eſt occiſus apud eruditos uſurpatiue poni inuenies exanimatum pro exanimo.exanimem pro exanimato.

ditoris ſupplicio miſericordia cõmouetur. Angor eſt ægritudo premẽs. Luctus ægritudo ex eius q carus fuerit interitu acerbo. Mæror ægritudo flebilis Aerumna ægritudo laborioſa. Dolor egritudo crucians. Lamentatio egritudo cum eiulatu. ſolicitudo ægritudo cũ cogitatiõe. Moleſtia ægritudo p manens. Afflictatio egritudo cũ uexatione corporis. Deſperatio egritudo ſine ulla rerũ expectatiõe melioꝝ quæ autẽ ſubiecta ſunt ſub metu ea ſic diffiniunt. Pigritiam metum conſequentis laboris. Terrorem metum concucientem:ex quo fit ut pudorẽ rubor:ſic terrorem pallor & tremor & dentiũ crepitus cõſequať. Timorem metũ mali appropinq̃ntis. Pauorem metum mentem de loco mouẽtem:ex quo illud Ennii. Tum pauor mihi ſapientiam omnem extra animo expectorat. Exanimatiõem metũ ſubſequentem:& quaſi comitem pauoris. Conturbationem metũ executientem cogitata. Formidinẽ metum permanentẽ. Voluptatis autem partes hoc modo deſcribũt. Vt maliuolẽtia ſit uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſno. Delectatio uoluptas ſuauitate auditus animum deliniẽs. Et qualis

Tactionum:tactus qnq; ſenſuũ uoluptates ītelligit:Plautus.quid tibi hanc tactio eſt. Iactatio:Auguſtinus in.xiii.ait iactãtiã eſſe libidinem dominandi:iactare eſt ambitioſius gloriari:firmicus maternus refert in primo matheſeos hiſpanos eẽ iactãtiæ animoſitate præpoſteros. Vt ira ſit:ſupra dictum eſt irã eſſe pœne cupiditatem:ſiue ulciſcendi libidinem.Ariſtoteles ait iram eſſe cupiditatem doloris reponendi. Excandeſcentia:Apuleius:in libris de dogmate platonis:excandeſcẽtiã appellat eam animæ partẽ: quæ irritabilis eſt:habens domicilium in corde:quam alio nomine:iraſcentiam nominat:quæ iracundia a Cicerone dicta eſt in prima tuſculana:de qua loquitur Plato in timeo θυμωσιδ:græce animũ irã furorẽ ſignificat:ut docet Plato in cratylo: a feruore & impetu animæ ducto uocabulo Macrobius prima inqt animæ pars ẽ ratio quam logiſticon appellant:ſecũda animoſitas:quam thymicon uocãt:tertia cupiditas quæ epithymicon nuncupatur. Inimicitia Caius Ceſar in libris quos ad.M.Ciceronẽ de analogia cõſcripſit.pluratiuo ſemp nũero dicendas putat inimicitias: ſicut arma & mœnia & comitia:ſed plerig; ueterum & cũ primis quintus ennius.ἐπικοσ ideſt ſingulariter:dixit inimicitiã ſic ſcribens:eo igenio natus ſum amicitiam atq; inimicitiã in frõte prõptã gero:uerbũ uetus ẽ inimicare qd ſignificat inimicos facere:quo uſi ſunt:Oratius:&Papinius. Indigentia indignus pauperi proximus eſt:cũ ſemper indigeat rerũ expetitarum. Categoremata dialectici appellant:Ariſtoteles & cæteri græci categoricas:& categoremata appellant :quæ latini predicamenta & propoſitionum quædã a dialecticis categoricæ nominantur:quas p̃dicatorias latine dicere poſſumus.Ariſtotedecẽ elementa cõſtituit circaq; uerſari uideatur omnis quæſtio: ouſiã ideſt eſſentiã: qualitatem:quantitatem:ad aliquid agere: pati:ubi:q̃do:ſitũ habere:ex hoc nouiſſimo elemento dictum ẽ habere diuitias capere honores ideſt magiſtratus ſicut ueſtigiũ eẽ armatũ eſſe anulatum eſſe. Syncategoremata dicunt dialectici ſigna ut omnis nullus quidã aliquis. κατηγορεω grece ſignificat accuſo & p̃dico.κατηγορια accuſatio & p̃dicamẽtũ: κατηγορος accuſato. De quodã:quida ſignificat aliquid certi aliquis nihil certum determinat:hinc illud plauti edes aliquid:nolo hercle aliquid certum quã aliquid mauolo. In temperantiam:Ariſtoteles in tertio ethicorum:circa corporis uoluptatem exiſtere ait temperantiam & intemperantiam:qui uiſu delectantur ueluti formoſitate & qui auditu ut cantu:eos neq; temperantes recte dixeris neq; intemperãtes:nidore uero epularum geſtire:intemperantis eſt.Græci hoĩes appellãt intemperatos incontinentesq; eos:qui ſeſe dediderũt duabus belluinis uoluptatibus:guſtatus ſcilicet & tactus quæ ſolæ communes ſunt hoĩbus cũ beſtiis: & iccirco in pecudm ferorumq; animalium numero habetur quiſquis eſt his ferinis uoluptatibus peruinctus quemadmodũ temperantia omnibus in rebus expetenda eſt ita intemperantia fugienda beſtias neq; temperatas neq; intemperatas dicunt niſi per ſimilitudinem intẽperantem intemperãtiæ ſuæ nõ penitet: incontinentem penitet incontinentiæ: Intemperãtia hydropiſi& phthyſi ſimilis eſt.Incontinentia uero epilepeſiæ:illa enim continua hæc uero temporaria improbitas: eſt præceptum pithagoræ eſt fugandam eſſe a rebus omnibus intemperantiam: Aut pituita redundat quod græce flegma dicit latini pituitam uocant:cuius domicilium eſt ut iuquit Auguſtinus in.xi. in capite ſcribit Plato in thimeo pituitam originem eſſe languorum omnium:qui ex diſtilatione fiunt:ex eaq; gigni malas ualitudines plurimas:quoniã plurima loca illabitur quecũq; autem partis corporis tumeſcere dicuntur a bilis incendio & combuſtione uexant:quæ cũ expirat extrinſecus uarios exitu ſuo tumores producit in trinſecus uero cohibita urentes edaceſq; morbos procreat:tunc autẽ peſſima qnãdo puro ſanguini mixta ligaminũ fila ſuo ex ordine dimouet & interdũ penetrat ĩ medullas aduſtiſq; radicibus:ide aĩæ uĩcula q̃ſi nauis funes reſoluit & amputat:p locoꝝ aũt uarietate:bilis appellatur citrina nigra:q̃ græce melancholia praſina hoc ẽ uiridis.Rubẽs uitellina:aduſta:ſup q̃ re Galenus Auicẽna.Albertus magnus:& ſchola medicoꝝ

Tactio
Iactatio
Hiſpanorum iactãtia
Ira
Excãdeſcentia
Thymos
Logiſticon.
Thymicon
Epithymicon.
Inimicitia
inimicare.
Categoremata
decẽ elementa
Categoria
Quidã
Aliqs
Intemperãtia.
Intemperãtes
Phlegma
Pituita.
Bilis
Citrina
Parſina
bilis
Acida pituita

Cerni offerre alta deo quo dt intelligi

Alba pituita

non pauꝛ multa cõscripserũt. Idẽ Plato pituitã acidã nuncupari refert falso sapori cõmixtã. Albã uero pituitã appellat eliquationẽ carnis tenerioris una cũ spiritu factã: quæ ex humiditate uento circũfusa tumescit: idẽ Plato platonicusq; apuleius auctores sunt causam primã morborum esse si ipsæ elementoꝝ qualitates: ex quibus compactũ est corpus uidelicet humida & sicca: calida & frigida non congruant. Præterea si sanguis corruptus sit: si flegma redundat: si cholera ĩmodica exuberat morbi gignũtur. Dixit Oratius in primo epistolaꝝ: præcipue sanus nisi cum pituita molestia est. Vbi exponit porphirio nisi catarros ipedit tanq̃ pituita

Causa morborum

Cataruꝛ fluor

idẽ sit quod catarrus: quæ dictio græca ẽ κατὰ ῥέω græce defluo κατάῤῥοσ. fluor: & distillatio nomiatur: a pituita pituitosus deriuatur quem græco uocabulo usitatissimo flegmaticũ uocant. M. Tullius in libro de fato in aliis eẽ pituitosos & quasi redũdantes. In aliis exsiccatos atq; atidos. Aelius pituitã dici affirmat: quia petat uitam. Cuius ethymologiã ridet Quintilianus in primo

Pituitosus

Morbi

Ipsaꝝ repugnantia: repugnant metus & cupiditas leticia & egritudo. Morbi conficiuntur morbi sunt inueterata uitia & dura ut auaritia: ut ambitio nimia. Morbus est ut inquit Seneca uitium in prauo pertinax tanquam ualde expetenda sint quæ leuiter expetenda sunt. Affectus sunt motus animi improbabiles subditi & cõcitati: qui frequentes & neglecti fecere morbum q pluri mum profecere extra morbos sunt: ẽ quod dam genus hominum extra multa & magna uitia: sed non extra omnia effugit auaritiam: sed iram adhuc sentit: non sollicitat libidine: sed ambitionem adhuc sentit: nõ concupiscit: sed adhuc timet: mortẽ contẽnit dolorem reformidat. ille satis cõsequit qui iter pessimos nõ est. νοσημάτα. græce νοσέω dicit egroto. νόσοσ morbus: νόσημα egritudo: & morbus νοσιμόσ egrotus. νοσηματικόσ ualitudinarius. Hieronymus Nosocomiõ interpræratur languentium uillam quod domicilium est lãguẽtium: ibiq; egrotantes aluntur uulgo hospitale nominatur. Verba Hieronymi ex epitaphio fabiolæ hæc sunt: primo omnium noscomion. i. languentiũ uillam istituit: in quo egrotantes colligeret de plateis. & cõsumpta lãgoribus atq; iedia miseroꝝ mẽbra refoueret. In decretis canonicis. ut hæc quoq; transeunt attingam. xxiii. q. viii. Verba leguntur corruptæ scripta corruptis explicata: corruptissime enunciata. quæ ita legẽda sunt & corrigenda. Xenodochia. brethotrophia hierocomia: est. n. Xenodochium locus publicus quo peregrini & hospites hospitaliter accipiunt ξένοσ græce hospes. δοχεῖον. receptaculum. Xenia munera sunt hospitalia de quibus uictruuius i. vi. & epigrãmatarius poeta: & iuriscõsulti: titulo de officio pcõsulis: q̃q̃ exenia illic pperã legat. Hieronymus. Xenodochiũ i portu romani situ totus pariter mũdus audiuit brephotrophia sunt q̃ uulgi dicimus hospitalia paruuloꝝ qbus ifantes expositicii alũt q̃le ẽ apud nostrates illud ad diui proculi: βρέφοσ græco uocabulo infans nominantur: & τροφή educatio: hierocomion locus est quo leprosi alunt q̃le est apud nos sub titulo diui Lazari. & Bartholomei: hiera enĩ græce lepra latine & κωμή uilla. Morbis contraria: ut mulierositari odiũ mulierum. Egrotationes: cum egrotatio proprie sit in corpore sicut egritudo: animo tamen & egrotationes animi dicuntur: quæ ex quodam metu nascuntur earum reꝝ: quas fugiunt & oderũt ἀῤῥωστήματα. ἀῤῥωστέω. græce significat egroto. ἀῤῥωστεία egrotatio. Idem τὸ ἀῤῥωστῶσ τὴμα & ἀῤῥωστόσ egrotus nominatur. Contrariæ offensiones: ut inhospitalitas: quæ opinio est uehemens: ualde fugiendũ esse hospitem: de offensionibus mox plura & apertius.

Morbi

Affectus

Nosema

Nosos

Nosematicus

Nosocomion.

Correcta Verba ex decretis canonicis

Xenodochiũ.

Xenia

Brephorrophia.

Hierocomiõ

Arrostemata

Vitia corporis ad animũ

Cecus

claudus

Gibbosus

lippus

Impetiginosus

Contra idoctos sacerdotes.

Morbum animi similitudo sicut uirtutes in corpore esse dicunt consimiles animi uirtutibus: item similitudo est iter morbos corporum & animorum: ut uitium dicitur corporis sic animi: ut egrotatio in corpore sic in aĩo: sic econtrario i corpore est uelocitas pulchritudo: uires: sic eadem animo dicuntur: qn ẽt in decretis canonicis. Di. xlyiiii. uitia corporum ad animum transferuntur: sicut cecus: claudus: mancus lippus: gibosus: ipetiginosus: quæ uitia q habuerit: panes deo & sacrificium offerre prohibetur: quæ Grægorius in pastorali tropologice transfert ad animum: ut cecus intelligatur: qui superne lucem contẽplationis ignorat: Claudus qui per ifirmitatem mentis: uitæ uiam perfecte tenere non ualet: & ad statum uirtutis nõ erigitur. Gibbosus uero quem terrenæ sollicitudinis pondus deprimit ne unquam ad superna respiciat lippus qui carnalibus operibus obscuratur: impetiginosus quisquis auaritia uastatur in mente q̃ impetigo si ĩ paruis non compescitur: nimirum sine mensura dilatatur illud annotandum quod cecum animal ille offerre dicit deo qui ordinat idoctum: quo uitio nullum fœdius est maxime in religiosis & religiosam doctrinam administrantibus quæ ut inquit leo: si in laicis uidet intolerabilis quãto magis in his q præsunt nec

dat: aut bilis in corpore morbi: ægrotationesque nascuntur: sic prauarum opinionum cõturbatio: & ipsarum inter se repugnantia sanitate animum spoliat: morbisque perturbat: Ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur: quæ uocant illi νοσήματα. ea quæ sunt eis morbis contraria: quæ habent ad res certas uitiosam offensionẽ: atque fastidium. Deinde ægrotationes: quæ appellantur a stoicis ἀῤῥωστήματα: hisque item oppositæ contrariæ offensiones. Hoc loco nimium operæ consumitur a stoicis maxime a Chrysippo: dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo. Q̃ua oratione minime necessaria prætermissa ea quæ rem continent pertractemus: intelligat igit perturbationẽ iactãtibus se opinionibus ĩconstãter & turbide ĩ motu eẽ semp. Cũ aũt hic feruor cõcitatioq; aĩ inueterauerit: & tanq̃am in uenis medullisq; ĩsederit: tum existit & morbus &

excusatiõe est digna: nec uenia. Nunc sacerdotes nr̃i tpis: pro psalterio dauitico canũt erotica hoc ẽ amatoria ꝑ lectione euãgelĩ lusorias cartulas diligẽtissime reuoluũt: pro apostolica doctrina callent artem tesserariã: quos si latine loqui audias: nõ latialiter loq: sed pedere diiudicabis: q uix tria uerba iũgere miseri poterũt: in quor̃ labris scatẽt barbarismi: & solecismi Doleo mecũ ipse subinde cũ audio nõnullos latina uerba tã male ꝓnũciãtes: ut credas eos barbarica & cũ stridore anhelãtia uerba ꝓferre. Cõtinuo stati. Permanat: descẽdit penetrat. Mulierositas: cupiditas muliebris uoluptatis: mulierosos & mulierarios uocãt cupidos appetẽtesq; mulier̃. Iulius capitolinus de clodio albino scribẽs ait mulierarius fuit inter prios amatores Auersæ ueneris sp ignarus & taliũ pfecutor auersa ãt uenus significat coitus ꝓpterus & puerilis q infandus ẽ & execrabilis φιλογύνεια i. amor mulier̃. μισογύνεια odiũ mulier̃: q̃le fuit ĩ euripide tragediar̃ scriptore: q mulieres fere oẽs. In maiorẽ modũ exorsus fuisse dr̃ si ue qd natura abhorruit a mulier̃ cetu siue qd simul duas uxores habuerat: q̃rũ mr̃imonii pter tedebat: cuius odii i mulieres. A. Gellius & aristophanes meminerũt. De timone: timon atheniẽsis: quẽ antiq scriptores ob nature asperitatẽ i humanũ ac ihospitalẽ appellant: q dictus est misanthropos. i. osor hoium: fugit hoium cõgressus colloquiaq; oium: ꝑter unius alcibiadis: iterrogatus ab Apemãtho quid ita solũ alcibiadẽ diligeret: amplectereturq; rñdit: iõ se adolescẽtẽ amare: qd intelligeret illũ malor̃ cãm atheniẽsibus futur̃ ferũt illũ aliqñ athenis. In cõtentionẽ uenisse: factoq; silentio & expectatiõe magna dixisse. Est mihi o uiri atheniẽses post domum pusillus hortus: & i eo ficus ex q̃ p multi iã ciues sese suspẽderũt. In eodẽ ego nũc loco edificiũ facturus sum: quãobrẽ cõstitui publice referre ut si sint ex uobis: qui uellit se suspẽdere id agãt anteq̃ arbor succidat̃. i sepulchro eius inscriptũ fuit hoc epithaphiũ: qd ipse sibi fecit: hic sum post uitã miserãq; iopẽq; sepultus nomẽ nõ q̃res: dii lector te male pdẽt. M. antonius domum alexãdriæ sibi cõstruxit in recessu semotã quã timoniũ appellauit a solitudine timonis tanq̃ in ea domo acturus solitudinẽ timoniam. Victuruſq; istar timonis: sequestratus a commertio usuq; mortaliũ: fuit alter timon pbus amarulẽtus & mordax sillographus ideſt scriptor sillor̃ dicunt̃ ãt σιλλοι dicacitates: & sales: huius aũt testimoniũ ex sillis idẽtidẽ citãt eruditi. De hoc ait Au. Gellius: timon amarulẽtus librũ maledicẽtissimũ cõscripsit q sillos inscribit̃. μισάνθρωπος .i. osor hominum. De re non expetenda: exempli causa suadet auaritia pecuniã esse ualde expetendam. Cum tñ nõ sit expetẽda & apud pbos stoicos in bonis nõ ducatur. Itẽ mulierositas opinat̃ mulieres ualde expetendas. Cum re uera expetendæ nõ sint: ambitioni isitũ ẽ honores ualde expetẽdos: q̃ tñ res a multis nõ expetenda censetur. De re nõ fugienda: offensio contraria egrotationibus ẽ q̃ opinat̃ ea ualde eẽ fugienda: q̃ fugienda non sunt: ut inhospitalitas: opinio est inherẽs ualde fugiẽdum esse hospitẽ: qui re uera fugiendus nõ est ut Misogynia: cuius opinio insita est fugiendas eẽ maiorẽ immodum fœminas: cum tñ res sit non penitus fugiẽda. Multaq; alia hoc genus. Peruicatia ẽ peruicatia opinatio uehemẽs: quasi ualde perseuerandũ sit in eo quod ptẽdit: diſtans a pertinatia: quod peruicatia ẽ interdũ bonar̃ rer̃ perseuerantia. Pertinacia semper malar̃: q̃q̃ apud Liuium & Senecam pertinax uirtus: & pertinax bonitas dicuntur: quod laudis est: actius in myrmidonibus. Ego peruicaciam me uti uolo: nã peruicacem dici me esse: & uincere facile patior pertinacem nihil moror: hæc fortes sequitur: illam indocti possident. Ligurico: gulæ uoratrina: & opinatio uehemẽs de uoluptate cibaria & suauiũ escar̃ esitatione quasi ualde expetẽda sit inherens & penitus insita: ligurire est suauibus escis bona cõsumere: ἀπὸ τοῦ λυβυροῦ deriuatũ: græci λυγύνον̃ suaue appellãt auctor Donatus enarrãs illud ex eunucho terẽtiana: itidẽ pria q obligurierat bõa alii a ligo deducũt malũt ligurire dixit nonius deguſtare ẽ abligurir̃ multa auide cõsumer̃. Ora. Semesos pisces tepidũq; ligurierit ius liguritores dr̃ gulosi uoratores q; edu

ꝑ psalterio erotica Mulierositas. Mulierarii Auersa autem uenus. Euripides osor mulier̃ De timone pulera. Misanthropos. Epitaphiũ timonis. Timonium. Sillographus Silli

Misogynia

Peruicacia Pertinacia.

Pertinax uirtus.

Liguritio ligurir̃ Liguritores.

liorum dulciorꝝ. Macrobius ait: a lucilio lupū piscē appellari catilonē quasi liguritorē: per trāslationē i re obscena decenter dictū est ab ausonio cūnilingus liguritor: cū inquit eunus syriscus iguinū liguritor.

Inguinū liguritor

Temulentia: ebrietas: & est opinatio uehemēs de uiolentia: quasi ualde sit expetēda: temetū prisci uinum dixere: unde & temulentia appellata: auctores Plinius: & Gelius. Mulieres romæ uitā abstemiā egisse: & temeto abstinuisse dicunt: ideoq; ait Cato propinquos fœminis osculū dare solitos: ut sentirēt an temetum oleret. Cupedia nonius marcellus allegat hunc locū: exponēs cupediam pro cuditate sed parum scite exposuit: nā cupedia nō ois cupiditas significat: sed ad ganeā tantū refert: & est lauticia ciborꝝ: siue cupiditas lautiorꝝ edulio rum: quasi ualde expetēda sit: cupedias antiq lautiores cibos noiabāt: & forꝝ cupedinis macellū qđ simachus forꝝ cupedinariū appellat: fortassis a cupiditate: uel qđ ibi fuerit domus cupedinis romani equitis: uñ cupedinarii dicti: q esculenta & poculenta uēdūt: sup qua re uberius explicatiusq; pscripsimus apud Suetoniū: & i primo apulei cōmētario. In hospitalitas: hō appellandus hō nō est: qui hospitalitatē iprobat: eamq; asserit expetēdam eē cū nihil ferme sit humanius nihil hoie dignius q̄ hospitalitas: q̄ spēties est liberalitatis recte a Theophrastro est laudata hospitalitas: ē enī: ut Mar. Tullio uī ualde decorꝝ: patēt domos hominū illustrium illustribus hospitibus: ci monis hospitalitatē in suos curiales celebrāt: qui ita instituit: & uillicis iperauit: ut oia illis pberentē: græci Iouem appellāt ξένιον. idest hospitalē quia hospitē nō negligere & hoiem alienū inuitare amicitiæ initiū ē ut scribit Dion: Iuppiter Xenios idest hospitalis significatur illo uersu maroniano. Iuppiter hospitibus: nam te dare iura loquūtur: ab Ouidio Iuppiter hospes pro hospitalis dictus: cū ait stabat iouis hospitis ara in decretis canonicis. Di. xlii. præcipitur sacerdotem esse oportere hospitalē: & hospitalitatis exhortatorē. Itē Di. lxxxv. hospitalitas ē ingt usq; adeo episcopis necessaria: ut ab ea alieni iure ꝓhibeātur ordinari: atq; inibi taxatē quidā archidiaconus florētinus tenax & deparcus cuius domū nunq̄ amicus sit igressus. Vt hippoliti: hippolitū fuisse osorem mulierꝝ muliebrisq; cōcubitus satis liquet & testatur. Seneca tragediographus: apud quem sic loquitur hippolitus: detestor omnes: horreo fugio: execror: sit rō: sit natura: sit durus furor: odisse placuit. Ad alios morbos procliuiores: quēadmodū quidā sunt procliues: & inclinati ad morbos corporꝝ sic sunt quidam ꝓpensi ad morbos animorum. Dicimus hemorroicum: podagricū non qđ sp patiatur hemorroidas: & podagrā: sed quod sepe sitq; ad id morbi genus ꝯclinatior. Itē dicimus iracundū meticulosum ebriosum non q; semp in ira metu: ebrietate sint: sed quod sepe: & talibus pturbationibus obnoxii. Et ita similitudo quædam apparet morborꝝ animi: & corporis qđ a stoicis: & maxime a Chrysippo tractatur cuius rei supra quoq; facta mentio ē. Grauedinosos. Graue dō ē humor ex capite distillēs: hæc ut docet Cor. celsus in quarto nares claudit uocem obtundit: tussim siccam mouet hinc illud apuleianū ex floridis: nares grauedine oppletæ Catullus sentire cessō quod grauedinem & tussim. Græci coryzas uocant: hippocrates distillationes omnes & grauedinem nominat corizas. Inde grauedinosi dicti: qui ad grauedinis morbum procliuiores sunt. Decipitur uir alioquī doctus: qui scripsit in cornucopiæ. Grauedinosum dici: alio nomine tormiosum: idq; ꝓbat hoc Ciceronis testimonio: quod oppido q̄ absurdū ē: cum lectio Ciceronis si recta sit grauedinosos a torminosis disiungat sicuti significatu ipso disiungunt: sic enim uerba hæc legenda sunt: itaq; dicimus grauedinosos quosdam torminosos & ita. Mar. Tullius. Alios grauedinosos dici significat alios torminosos: a diuerso gñe morborum: cum grauedo sit morbus capitis: tormina intestinorꝝ. Non iunctim legendum est ut illi legunt sed discretim: atq; distincte: ut nos legimus: torminosos autē dici eos: qui patiunt tormina & ad cū morbū procliuiores sunt: q̄ uulgo dysenteria nominatur: nemo mediocriter doctus ignorat: & nos supra annotauimus. Alii ad metum scilicet procliuiores sunt & hi timidi dicuntur: qui distant a timentibus cū timidus ex natura sit: timens ex causa. Vnde anxii: ab anxietate dicti sunt homines anxii: non q sp sunt in anxietate: sed qui ad hanc perturbationem proniores sunt & anguntur aliquando antiqui anxietudinē dixerūt: quæ a nobis anxietas: sic. M. Tullius libro de re. pu. secūdo. Anxitudo ꝓna ad luctū: & mœrēs sp ipsa se solicitās: pacuuius: tristitia atq; animi itollerāda anxitudine. Iracundia ab ira differt Donatus iracūdiā ab ira sic seiungit: ut ira sit de causa iracūdia de moribus: & de uitio multū iracētis. Seneca libro primo de ira: quo distet ira ab iracūdia apparet quo ebrius ab ebrioso & timens a timido iratus pōt nō ē iracūdus iracūdus pōt aliquādo nō iratus esse idē libro. xii. epistolarū mortaliū scribit plu

Temulentia

Temerum.

Cupedia.

Cupediæ

Forꝝ cupedinis.

Cupediarii.

Hospitalitas

Xenios Iuppiter

Odisse

Graue do:

Coryzæ.

Graue dinosi

Error i cornucopiæ

Torminosi.

Anxitudo

Ira

Iracundia.

peruicatia: liguritio: uiolētia: cupedia & si qua sūt similia. Est ātē uaritia opinio uehemēs de pecūia quasi ualde expetēda sit ihærēs & penitus insita si milisq; ē eiusdē generis diffinitio reliquarꝝ. Offensionū aūt diffinitiones sunt eiusmodi. Vt inhospitalitas sit opinio uehemens ualde fugiēdū eē hospitem: eaq; inherens & penitus insita: similiter diffinitur & mulierꝝ odiū ut Hippoliti: & ut Timōis generis humani: atq; ut ad ualitudinis similitudinem ueniā: eaq; collatione utamur aliqñ: sed partius q solent stoici: ut sūt alii ad alios morbos procliuiores. Itaq; dicimus grauedinosos quosdam: quosdam torminosos non quia iam sint: sed quia sæpe sint: alii ad metum alii ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in aliis anxietas: unde anxii. In aliis iracundia dicitur quæ ab ira dif-

rimum itereſſe: iter ebrioſum & ebriũ. Nã põt q ebrius eſt tũc primũ eẽ: n ee habere hoc uitiũ: & qui ebrioſus ẽ ſepe extra ebrietatẽ eẽ: ſicut diſtat ebrius ab ebrioſo: ita ebrietas ab ebrioſitate: alterꝝ affectiõis alterꝝ habitus. Amatorẽ: ī amatore, pcliuitas ẽ naturalis ad amãdũ. Amans uero amator & cã: amator ut ī quit Donatus fingī põt amãs uere amat. Procliuitas: lapſio: iclinatio: pcliuis. n. pronus inclinatuſq; ſignificat. Res nõ habet: ut q pcliuis eſt in odium hominũ: q̃ res nomen ſingulare non habet. Liuidi liuor nõ multũ diſtat ab iuidia de quo ſilius atq; angens utraq; manu ſua gutura liuor. In de liuidus p iuido ponitur & ὑποκοριστικῶς liuidulus iuuenalis: iuideas ſi liuidulus ſis. De liuiore ait maro liuor tabificũ malis uenenũ: a poetis dr̃ liuor edax: q ut ait Ouidius: paſcitur in uiuis poſt fata q̃ſcit: flagelli plaga liuiorẽ facit ut ſcriptũ eſt in eccleſiaſtico. i. palloreẽ: uñ liuẽtia planctu brachia dixit filius: & liuẽtes ſcapulas Hieronymus: talis color in iuidentiũ ore conſpicit̃. In bonis facilitas: in illis q̃ pcliues ſũt ad humanitatẽ liberalitatẽ: ad ingenuas diſciplinas: dicet̃ facilitas: cũ pcliuitas dicat̃ in his qui ad aliq̃d uitiũ proni iclinatiq; ſunt: & ita diſtinguit. Mar. Tullius facillitatẽ dici in bonis: pcliuitatẽ ī malis: lapſionẽ: tanq̃ ī malũ: nemo enī dicit̃ recte labi ī id quod bonũ eſt. In neutris: q̃ neq; bona neq; mala ſũt q̃ adiaphora uocãt graeci: īdiferentia nr̃i. Superius nomẽ. ſ. facilitatis. Morbum appellant: ſabinus: labeo cæteriq; iuriſcõſulti: titulo ad edictum edilicium ſic morbũ definiũt. Morbus eſt habitus cuiuſq; corporis cõtra naturã: q uſũ eius faciat deteriorẽ: ſed morbũ alias in toto corpore accidere dicũt: alias ī parte corpis: totius corporis morbũ eẽ: ueluti phtphiſis eſt & febris: partis aũt ueluti cecitas: aut pedis debilitas in libris quoq; iuris peritoꝝ ſcriptum ẽ: morbũ & uitiũ diſtare: qđ uitiũ ppetuũ. Morbus cũ acceſſu diſceſſuq; ſit: Nunc. Mar. Tullius paulũ diſſidens afinitiõe iuriſcõſultorum ait morbũ eſſe totius corpis corruptionẽ: uelut febris ẽ: uitiũ q uero in parte corpis uelut claudicatio ẽ & gibboſitas interdum eſt uitiũ corporale uſq; ad animũ pueniens eumq; uitians ut in phrenetico: fit comparatio per ſimilitudinẽ morboris corpis ad morbos ai: ſeneca morbos animi ait eẽ uitia iueterata & dura ut eſt auaricia: affectus uero motus ai īprobabiles & concitatos. M. Tullius hoc in loco ſubtilius diſtinctius uberius cũcta partitur & explicat. Morbum cũ ibecillitate. i. leuiorẽ morbũ. Integra ualitudine: icolumi ſanitate uitium in parte corporis cõſpicitur ut ẽ luſcus: claudus: gibboſus: corpus. n. talium ſanum eſt: & integra ualitudine: ſed uitio deformatur. Vitioſitas ẽ habitus aut affectio: affectio ẽ accidẽs qualitas uel ſponte uel ſtudio mox deſtituta: nam ſi permaneat fit habitus: dicta affectio q̃ inficiat qualitate: & erit affectio incipiens habitus: in affectiones inclinamur ſtudio quodam. i. uoluntate applicata in aliquas qualitates: quas diligentia cõparat facit q̃ perfectas: & habitus nominatur: ut res fiat apertior: iracundum eſſe habitus eſt: iratum affectionis: oratorem eſſe habitus ẽ & uictus ſi ī exercitatiõe ſit ut cicero: q aſſiduo ſtudio: pſeuerãti diligẽtia. Ita rhetoricẽ pcepit ut ea in eo ppetua eẽt: habitũ cõſecutus ẽ: & qa eius actũ ſibi iſtituit ad uſum uitæ: fuit & in habitu & ī uictu. Affectiones ut iqt Ari. in ſcdo ethv. neq; uirtus ſunt neq; uitia. Ideoq; ſecũdũ affectiones nõ laudamur nec uituperamur: græce habitus dicit̃ ἕξις hinc illud plinianum ex epiſtolis: at tantã. ezin ſtudio & exercitatione peruenit. In altero in conſtantia: repugnantia ex hac conſtantia uitioſitatis ẽ illud oratianum: qđ mea cũ pugnat ſentẽtia ſecũ: qđ petit ſpernit repetit quod nuper omiſit: eſtuat & uitæ diſconuenit ordine toto.

Ebrius Ebrio ſus.

Procli uitas

Liuor

Liuidu lus.

Facili tas ī bonis.

Procli uitas in malis.

Adia phora

Morbꝰ quid.

Vitiũ

Morbi animi: affectus

affectio habitus

Iracũdũ eẽ habi tus.

ἕξιν

Partes dissentiētes. Idē Oratius inqt pars hoium uitiis gaudet cōstāter & urget ꝓpositū: pars multa natat. Sint ne eiusdē. s. uitiositatis. Manētes: iueterata uitia sūt & ptinaciē ihei ētia: ut auaritia & iracūdia.

Similitudo corporis ad animū.

Mouētes: letitia: cupido: metus egritudo aīum mouēt & ipellūt: distrahūtq; uarias i ptes. Corpis similitudo: sicut i corpe ē morbus & uitiū: sic. n. aio. Itē sicut corpe ē sanitas pulchritudo: robur: uelocitas sic ēt in aio earundē reꝝ similitudo cōspiciē. Nā sapiēs dr̄ eē ꝑditus aī sanitate: pulchritudine: robore: uelocitate: & similibus. Sanitas sic ai. Vbi nullæ ꝓturbatiōes grassant intra aī penetralia: ubi pura cōcors: iperturbata ē mēs hoīs: ubi illa trāqllitas est quā Democritus euthymian uocat: tūc sanitas aī cōstat: tūc rectū aī seruatur: tūc hō iteger ē aī: nec eget medicina: apud Oratiū i sermōibus sic scriptū ē: qsnā igit sanus: q nō stultus: qd auarus: stultus & isanus: qd si qs ñ sit auarus cōtinuo sanus: mime: cur noice: dicā Tēperātiā q̄ appetitiōes cohibet: libidinē frenat: & i alios nō rectos ipetus aī dñat cuius ptes sūt Cōtinētia. Clemētia: Modestia. Quæ i insipiētē cadat: Sicut i egrotū cadit sanitas corpis: cū curatiōe medicoꝝ morbus auferē: sic i insipiētē cadit q̄dā aī sanitas: cū medicamētis philosophoꝝ: pbiæq; q̄ aioꝝ medicina ē ꝓturbatiōes extirpāt: & uitia ex aio auferūt. Coloris suauitate: pulchritudinis corpalis duo sūt gña. In altero uenustas est. In altero dignitas uenustatē muliebrē appellamus dignitatē uirilē formæ āt dignitas coloris bonitate tuenda ē color exercitatiōibus corpis. ut eloqnter scri. M. tul. i primo de officiis: hoīs natura desiderat ut partes corpis ualeāt uigeant: ut nec absit qd eaꝝ nec egrū debilitatūue sit: ut tota figura & forma: & statura: pulchritudine q̄dā cōcinnata conueniat: huius pulchritudinis similitudo q̄dā i ais ē qñ stabilitas q̄dā & cōstantia iudiciorꝝ opinionūq; cōcordiē copulant. Aī uires noiant docti idoctiq; ꝑpe idifferēter hoc locutiōis genus usurpant: ut dicāt hoiem forti aio: & uiribus aī & mētis robore septum ac munitū eē sicut de corpe robusto dicimus: uires & neruos ieſſe i neruis āt robur peculiariter existit. Inde dicimus rē eē sine neruis: q̄ debilis ē & ibecilla. Oratius sine neruis altera qcqd cōposui pars eē putat apud Terentiū: illud puerbiale digna res ē: ubi tu neruos itendas tuos: qd significat oibus uiribus laborādū eē. Apud. M. Tullū itaq; cōtēdit oēs neruos chrysippus. Apud. M. Varronē. Aristarchei suos cōtēdūt neruos: ꝑ eo qd ē uires oēs intēdūt. Martius romanus iperator auctore Iulio capitolino tāta manuū fortitudine ꝑditus fuit ut i digitis neruos uidereē hūisse nō uenas. Iuuamētū neruoꝝ ē sicuti Auicena Galenus & ceteri tradūt ut caro corroboreē: & corpus fortius fiat origo neruoꝝ a corde ē ut Aristoteles aristotelisq; ptinaciē affirmāt. Cū cæteri a cerebro oriri tradāt sine neruis sūt q̄dā aialia ut pisces ut inqt Pli. in. xi. neruicos appellāt hoies neruis laborātes. Victuuius i. viii. a q̄ neruicos & podagricos efficiūt græci τὰς νόσους neruos dicūt ide neurobatæ dcī q ābulāt sup neruos & fūes neruicos. Iulius firmicus neurobatæ inqt erūt nati subsidere igeniculi. Velocitas corpis nati sub leporꝝ sidere aues uelocitate corpis suprare uidebūt auctor. Iulius fir. i. viii. Ingenii. laus hic igeniū uelox dicimus qd uersatile ē & celeritate q̄dam ad res multas ꝑcurrēdas ꝑditū. Iuue. igeniū uelox audacia pdita. Aī uolētes scdm dogma stoicoꝝ locutus ē: q aiūt aios bene cōstitutos ac sanos nullo morbo nulla ꝓturbatiōe tēptari posse q̄lis ē aius sapiētis q i statu brissimo collocatus perēnit i ea btitate cōsistit. Siue culpa. Repente egrotat corpus hoīs & aliquo morbo uexat sine culpa ipius cū ita natura cōparatū sit ut corpa nr̄a ꝓp fragilitatē ibecillitatēq; sint obnoxia morbis ꝓpe infinitꝝ sepe uidemus qd tēperatissimos hoies morbus iuadit. Validissimos phthysis sicut inocētissimos pēa secretissimos tumultus. Aioꝝ ñ itē offēsiōes aioꝝ sīn culpa ipoꝝ accidēr ñ possūt nā ut in

In insipiētē sanitas cadit

Venustas. Dignitas.

Pulchritudo animi

In neruis robur.

Cōtendit neruos.

Origo neruorum.

neruici

Neurobatæ.

Ingenium uelox.

Tēperatissimos morbo iuadit.

nec parua. Morbi āt & ægrotatiōes partes sūt uitiositatis: sed ꝓturbatiōes sint ne eiusdem ptes quæstio ē. Vitia enī affectiōes sunt manētes: perturbatiōes āt mouētes ut nō possint affectionū manentiū partes esse: atq; ut in malis attingit animi naturam corporis similitudo: sic & in bonis: sunt enim i corpore pcipua: pulchritudo uires ualitudo: firmitas uelocitas sūt itē in aio corporis tēperantia: cū ea congruunt inter se: e quibus constamus: sanitas sic animi dr̄ cū eius iudicia opinionesq; concordāt. Eaq; est animi uirtus: quā alii ipsā tēperantiā dicūt esse: alii obtemperantem temperantiæ preceptis: & eam obsequētem nec habentem ullam speciem suam sed siue hoc siue illud sit in solo esse sapiente: est autem quedam animi sanitas quæ in insipientem etiā cadat: cū curatione medicorum perturbatio mētis aufertur. Et ut corporis est q̄dam apta figura mēbroꝝ cū coloris q̄dā suauitate: eaq; dr̄ pulchritudo sic i aio opinionum iudicoꝝq; æqualitas & cōstātia cū firmitate quadā & stabilitate uirtutē subsequens aut uirtutis uim ipsā cōtinēs pulchritudo uocatur itē quæ uiribus corporis & neruis & efficacitati similes similibusq; uerbis ai uires noiant. Velocitas autē corpis celeritas appellat q̄ eadem ingenii etiā laus hētur ꝓpter aī multaꝝ reꝝ breui tpe percursionē illud animorum corporumq; dissimile est. qd animi ualentes morbo tentari non possunt corpora possunt sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt animoꝝ non item quorum omnes

quit Oratius. In culpa est animus: qui se non effugit unquam: ē enim in potestate nostra turpe agere & nō agere est in nobis probos eē & improbos: sed ecōtrario non est in arbitrio nostro bene ualere & egrotare: prauitas enim animi ut docet Aristoteles in tertio ethicorum uoluntaria res est. Morbus autem corporis uoluntarius non est. Bestiæ simile quiddam. Muta animalia: ut auctor est Seneca in primo de ira humanis affectibus carent: habēt aūt similes illis quosdā ipulsus: alioqn si amor in illis eēt & odiū eēt. Si amicitia. & si multas: si dissensio & cōcordia quoꝝ aliq̄ in illis quoq; extāt uestigia: cæteꝝ humanoꝝ pectoꝝ pprie sunt affectiōes pturbatiōesq;: qd aūt ait Quidius. Nō aper irasci meminit: irasci dicit ici tari ipingi. Aristoteles quoq; in. vii. æthicorū tradit bestias neq; tēperatas: neq; itēperatas dici nisi per similitudinē. Inter acutos: Acumine igenii pditos. Hebetes: stupidi i genii ac torpidi. Vt æs corinthiū in erugine: sensus est sicut æs corinthiū: qd reliquo ære pciosius ē: tardius fit æruginosum: q̄ cætera: sic igenioſi hoies serius icidunt in morbos aī: q̄ faciāt hebetes & obtusi: & celerius recreantur reualescūtq;: Erugo dī aeris rubigo. Plinius in. xxxiiii. refert aera extersa. Celerius rubiginē trahere q̄ neglecta: nisi oleo perungant: fit & ærugo plurimis modis nāque & ex lapide: ex quo coquit. æs deradit: & ex lamellis aeris i cado sup acetū suspēsis & opculo obturatis cui⁹ rei uictruuius quoque meminit in. vii. Quidā uasa cōdidi aeris fictilibus cōdūt in aceto radūtq; ide erugine: alii declinatā aeris scobem aceto spargūt Eruginis in medicīa magnus usus. uis eius est collyriis oculorū aptissima: & de lachrymationibus mordēdo proficiēs. Cruda erugo uulnerariis emplastris miscet callū fistularū erodi uitiorūq; q̄ circa sedē sunt. Aes qd coronariū appellāt. ociſſime cōtrahit eruginē est alterū genus eruginis quā scoletiā uocant a specie uermiculoꝝ. græce. n. σκωληκιοῦ dicitur uermiculus. Galenus libro nono. τοῦ ἀπ' ἰόν mentionē facit erugis quā græco uocabulo appellat Ion. Apud oratiū & Iuuenalem erugo pro pecunia q̄ ex ære fit decenter usurpat ab erugie fit eruginosus Sene. in lib. de breuitate uitæ: maiorem diē partem in eruginosos lamellis consumit. Vt misericordia iā dictum est misericordiā a stoicis inter uitia numerari tanq̄ uitiū sit pusilli aī habens tamē spēm humanitatis & clementiæ cū ex alienis malis ꝓueniat.

morbi & perturbationes exaspernatione rōnis euenīunt. Itaq; in hoibus solum existunt: nam bestie similē quiddam faciunt: sed in petturbationes nō incidūt. Inter acutos aūt & hebetes ītereſt q; ingenioſi ut æs corinthium in eruginem sic illi in morbum & incidunt tardius & recreantur. ocius hebetes nō ita: nec uero in omnē morbum ac perturbationem animus ingenioſi cadit. Nō enim multa efferata & īmania: quedam autem humanitatis quoq; habent primam ſpeciem: ut misericordia: ægritudo metus Aegrotationes autem & morbi animorū difficilius euelle posse putantur: quam summa illa uitia q̄ uirtutibus sunt contraria. Morbis enim manentibus esse uitia sublata nō possunt: quia non tā celeriter sanantur quam illa tollunt habes ea: quę de perturbationibus enucleate disputant stoici: q̄ logica appellant: quia differuntur subtilius. Equibus tāquam e scrupuloſis cotibus enauigabit oratio. Relique disputationis cursum teneamus. Modo satis illa dilucide dixerimus pro rerum obscuritate. A. Prorsus: sed si qua diligentius erunt cognoscēda q̄remus alias. Nunc uela que modo dicebas: expectamus & cursum. M. Quando & aliis locis de uirtute dixīus & sæpe dicendū erit pleraq; enim quæstiones quæ ad uitam moresque pertinent: a uirtutis

